http://rcin.org.pl

2535

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

2535.

# TITI LIVI

# AB URBE CONDITA LIBER XXVI.

FÜR DEN SCHULGEBRAUCH

ERKLÄRT

VON

DR. F. FRIEDERSDORFF,
DIREKTOR DES GYMNASIUMS ZU ALLENSTEIN.

ВАРШАВСКОЙ ЧЕТВЕРТОЙ МУЖСКОЙ ГИМНАЗІИ
Фундаментальная
БИБЛИОТЕКА.

INSTYTUT
BADAŃ LITERACKICH PAN
BIBLIOTEKA
00-330 Warszawa, ul. Nowy Świat 72
Tel. 26-68-63

LEIPZIG,
DRUCK UND VERLAG VON B. G. TEUBNER.
1880.

http://rcin.org.pl

Fundacja im. J. J. Michalskich
Ze zbiorów

23.509/6 a

http://rcin.org.pl

HERRN PROFESSOR

DR. EDUARD WÖLFFLIN

ZU MÜNCHEN

IN VEREHRUNG UND FREUNDSCHAFT

GEWIDMET.

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

Фундаментальная
БИБЛІОТЕКА

# Vorrede.

Bei der Bearbeitung des vorliegenden Bändchens bin ich bemüht gewesen, so zu verfahren, daſs es vor allem im Gebrauch der Schule und bei der Privatlektüre von Anfängern verwendet werden könnte. Es ist daher aus den Anmerkungen die Erörterung aller derjenigen Fragen fortgeblieben, welche diesem Standpunkte nicht angemessen erschienen, insbesondere muſste die Untersuchung über die Quellen des 26. Buches ausgeschlossen werden; um so mehr, als meine Ansicht darüber in der Programmabhandlung von Marienburg 1874 ausführlich dargelegt ist. Die mir bekannt gewordenen neueren Untersuchungen über den Sprachgebrauch des Livius habe ich, soweit thunlich, benutzt, eine Hinweisung auf dieselben aber ebensowenig wie die auf Grammatiken oder Handbücher für angemessen gehalten.

Dem Texte ist die Ausgabe von Weissenborn (Teubner 1878) zu Grunde gelegt und die Orthographie derselben möglichst beibehalten, in der Gestaltung des Textes selbst aber sind mannichfache Veränderungen nötig geworden, indem teils solche Lesarten hergestellt werden muſsten, die Weissenborn selbst schon in der Ausgabe 1871 (Weidmann) nach Madvig u. a. aufgenommen, bei der letzten Revision des Textes 1878 aber wieder verworfen hatte; andererseits aber konnten die Resultate der Untersuchungen über den cod. Spirensis und die dadurch entstandenen Veränderungen des Textes, wie sie die Ausgabe von Luchs (1879) bietet, nicht übergangen werden. Der Nachweis der Abweichungen, sowie wenige eigene Verbesserungsvorschläge sind in einem Anhange gegeben.

Schlieſslich kann ich nicht umhin, auch an dieser Stelle für vielfache Anregung und Beihülfe meinem verehrten Freunde Herrn Professor Wölfflin in München und für gütige Unterstüzung Herrn Oberlehrer Moritz Müller in Stendal den aufrichtigsten Dank auszusprechen.

Möge die Ausgabe dazu beitragen, die Lektüre der zweiten Hälfte der 3. Dekade, welche an ergreifendem Inhalte und stilistischer Schönheit den ersten Büchern dieser Dekade nicht nachsteht, namentlich auf den Gymnasien weiter als bisher zu verbreiten!

Allenstein, Pfingsten 1880.

**F. Friedersdorff.**

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

ВАРШАВСКОЙ ЧЕТВЕРТОЙ МУЖСКОЙ ГИМНАЗІИ
ФУНДАМЕНТАЛЬНАЯ БИБЛІОТЕКА.

# TITI LIVI

## AB URBE CONDITA

### LIBER XXVI.

---

Cn. Fulvius Centimalus P. Sulpicius Galba consules cum 1
idibus Martiis magistratum inissent, senatu in Capitolium vocato
de re publica, de administratione belli, de provinciis exerci-
tibusque patres consuluerunt. Q. Fulvio Ap. Claudio, prioris 2
anni consulibus, prorogatum imperium est atque exercitus,
quos habebant, decreti, adiectumque, ne a Capua, quam obsi-
debant, abscederent prius quam expugnassent. ea tum cura 3
maxime intentos habebat Romanos, non ab ira tantum, quae
in nullam umquam civitatem iustior fuit, quam quod urbs tam
nobilis ac potens, sicut defectione sua traxerat aliquot populos, 4
ita recepta inclinatura rursus animos videbatur ad veteris im-

**1—2**, 6. Verteilung der Heere und Provinzen; spanische Angelegenheiten.

1. *id. Mart.*] damals (von 222—153 a. Ch.) Termin für den Amtsantritt der Consuln, nach unserem Kalender etwa um die Mitte des Winters. **31**, 5, 2 *idibus Martiis, quo die tum consulatus inibantur.*

*in Capitolium*] auf dem Capitol pflegte zu Anfang des Jahres die erste Senatssitzung stattzufinden. **23**, 31, 1. *senatus, quo die primum est in Capitolio consultus.* Nach Erledigung gottesdienstlicher Fragen (**9**, 8, 1 *solemnibus senatus consultis perfectis*) folgte der Bericht der Consuln über die wichtigsten Verwaltungsangelegenheiten; hier *de adm. b.* u. s. w.

3. *ab ira*] der kausale Ablat. wird von Liv. häufig mit *a* verbunden zur Bezeichnung der Veranlassung, von welcher eine Handlung ausgeht 'in Folge von'. **28**, 20, 6. *ab ira et ab odio urbem oppugnatam esse.* **36**, 24, 7. *non tam ab ira nec ab odio* u. oft —. Die Gründe der Erbitterung gegen C. hat Liv. teils **23**, 2 ff. erzählt, teils faſst er sie c. 13, 5—6 zusammen. vgl. **24**, 12 2.

*non tantum—quam*] So findet sich *quam* nach *non tantus, non tantum* bei Liv. noch einige Male vgl. **7**, 15, 10 *nec in acie ibi tantum cladis acceptum, quam.*

4. *traxerat*] 'hatte nach sich gezogen', mit Auslassung der Präp. und des Pron. **21**, 28, 5. *traxisse gregem.* **25**, 36, 15 *partem doloris .. publica trahebat clades*; vgl. das formelhafte *rem trahere ad aliq.* **23**, 8, 2. **24**, 2, 8.

*recepta*] dem Abl. *defectione* entspricht im zweiten Satzgliede *recepta;* wie Liv. oft das Part. Perf. Pass. mit einem Nomen statt des Subst. abstr. anwendet; = der Um-



http://rcin.org.pl

5 perii respectum. et praetoribus prioris anni, M. Junio in Etruria, P. Sempronio in Gallia, cum binis legionibus, quas habuerant,
6 prorogatum est imperium; prorogatum et M. Marcello, ut pro consule in Sicilia reliqua belli perficeret eo exercitu, quem
7 haberet: si supplemento opus esset, suppleret de legionibus,
8 quibus P. Cornelius propraetor in Sicilia praeesset, dum ne quem militem legeret ex eo numero, quibus senatus missionem
9 reditumque in patriam negasset ante belli finem. C. Sulpicio, cui Sicilia evenerat, duae legiones, quas P. Cornelius habuisset, decretae et supplementum de exercitu Cn. Fulvii, qui priore
10 anno in Apulia foede caesus fugatusque erat. huic generi militum senatus eundem quem Cannensibus finem statuerat militiae. additum etiam utrorumque ignominiae est, ne in oppidis hibernarent neve hiberna propius ullam urbem decem
11 milibus passuum aedificarent. L. Cornelio in Sardinia duae legiones datae, quibus Q. Mucius praefuerat; supplementum,
12 si opus esset, consules scribere iussi. T. Otacilio et M. Valerio Siciliae Graeciaeque ora cum legionibus classibusque, quibus praeerant, decretae; quinquaginta Graecia cum legione una,
13 centum Sicilia cum duabus legionibus habebant naves. tribus et viginti legionibus Romanis eo anno bellum terra marique est gestum.

2 Principio eius anni cum de litteris L. Marcii referretur,

stand, daſs; hier: 'die Einnahme von'. **36**, 27, 1 *Heraclea capta fregit tandem animos* u. oft.

6. *reliqua belli*] = *reliquias belli; perficere bellum* auch noch **21**, 46, 8; **22**, 38, 7 etc., neben *conf. bellum, provinciam* **27**, 5, 3; 45, 5. **28**, 24, 7 u. s. f.

8. *missionem red.*] gemeint sind die kannensischen Legionen vgl. § 10. Daſs die abgeleistete Dienstzeit nicht angerechnet wird, (*stipendia non procedunt* **25**, 5, 8) ist eine öfter erwähnte Strafe für militärische Vergehen.

9. *caesus fugatusque*] zur Abwechslung statt des formelhaften *fusus fugatusque*; vgl. auch **35**, 1, 8. *si fudisset cecidissetque hostis*.

10. *huic generi*] = *militiae huius generis m. eundem finem quem militiae Cannensium statuerat*. Statt der beiderseitigen *militiae* werden die *genera milit.* selbst mit einer bekannten Brachylogie gegenübergestellt. c. 36, 12 *hunc consensum senatus equester ordo est secutus, equestris ordinis plebs*.

*ne in opp. hib.*] In ähnlicher Weise müssen Truppen, welche die Fahnen verloren haben, ohne Zelte auſserhalb des Walles lagern. **10**, 4, 4.

*hib. aedificar.*] technischer Ausd. der Militärsprache. **24**, 39, 13 (*Marcellus*) *hibernacula communiit aedificavitque*.

*decem m. pass.*] der Abl. der Entfernung statt *quam* mit dem Accus. c. 34, 9. *ne quis eorum propius mare quindecim milibus passuum agrum aedificiumve haberet*.

13. *trib. et vig. leg.*] dies ist die höchste von Rom im 2ten pun. Kriege aufgestellte Truppenzahl. Dieselbe Zahl **25**, 3, 7. **27**, 36, 12. — Bei diesen häufig wiederkehrenden Zusammenstellungen der Streitkräfte wechselt Liv. mit den Ausdrücken **22**, 36, 2. *rem gerere*. **30**, 27, 11 *defendere imperium*. c. 41, 9 *administrare imperium* u. a.

**2**, 1. *princ. e. anni*] in einer der ersten Senatssitzungen.

*L. Marcii*] Er hatte nach dem

http://rcin.org.pl

res gestae magnificae senatui visae; titulus honoris, quod im-
perio non populi iussu, non ex auctoritate patrum dato 'pro-
praetor senatui' scripserat, magnam partem hominum offen-
debat: rem mali exempli esse, imperatores legi ab exerciti- 2
bus et sollemne auspicandorum comitiorum in castra et pro-
vincias procul ab legibus magistratibusque ad militarem te-
meritatem transferri. et cum quidam referendum ad senatum 3
censerent, melius visum differri eam consultationem, donec pro-
ficiscerentur equites, qui ab Marcio litteras attulerant. rescribi 4
de frumento et vestimentis exercitus placuit, eam utramque
rem curae fore senatui; adscribi autem 'propraetori L. Marcio'
non placuit, ne id ipsum, quod consultationi reliquerant, pro
praeiudicato ferret. dimissis equitibus de nulla re prius con- 5
sules rettulerunt, omniumque in unum sententiae congruebant,
agendum cum tribunis plebis esse, primo quoque tempore ad
plebem ferrent, quem cum imperio mitti placeret in Hispaniam
ad eum exercitum, cui Cn. Scipio imperator praefuisset. ea 6
res cum tribunis acta promulgataque est.

Sed aliud certamen occupaverat animos. C. Sempronius 7
Blaesus die dicta Cn. Fulvium ob exercitum in Apulia amissum

Tode der Scipionen die spanische Provinz für Rom erhalten. **25**, 37 ff.

2. *rem mali ex. esse*] 'es sei damit ein böses Beispiel gegeben'; so verbindet Liv. oft *res* mit einem genit. qual. c. 5, 13 *nec magni certaminis rem fore.* **34**, 61, 13. *rem mali exempli esse*; auch mit anderen Subst. sind Wendungen wie **2**, 55, 1. *pessimi exempli victoria.* **27**, 6, 4 *foedioris exempli*; und bei *esse* u. *fieri* **25**, 4, 7. *pernicioso ex. factum;* **31**, 20, 5 *nullo exemplo futurum* **38**, 56, 10. besonders häufig. — In der ganzen Stelle sind in chiastischer Form Paare von Gegensätzen gruppiert: *solemne comitiorum* — *militarem temeritatem; castra et provincias* — *ab legibus magistratibusque.*

*auspicandorum*] 'der nach Anstellung von Auspicien abzuhaltenden' vgl. **7**, 3, 8 *solemne clavi figendi.*

*hominum*] wie § 3. *quidam* unbestimmter Ausdruck für Senatoren. Ebenso c. 36, 1. **27**, 9, 14. **29**, 16, 5. **30**, 17, 1 u. s. w.

4. *rescribi placuit*] *placet* (techn. Ausd. von Senatsbeschlüssen) hat in Dekade I. überwiegend den inf. pass. nach sich; in den folgenden Dekaden fast ebenso oft den inf. activi; selten steht danach *ut* oder der bloſse Konjunktiv; auch der Dativ *senatui* u. s. w. ist daneben selten.

*pro praeiudicato ferret*] = *ne quasi praeiudicium quoddam* (Art vorläufiger Entscheidung) *ferret* c. 29, 8. *deprecari senatus praeiudicium.*

5. *sententiae congruebant*] Liv. konstruiert: *res congruunt (in unum)* und *congruimus in rem* **25**, 32, 2 *omniumque in unum congruerunt sententiae.* **29**, 6, 2 *Bruttiis . . . congruentibus in eum morem.*

*Cn. Scipio imper.*] *Cn. Scipio* von seinem Bruder **21**, 32, 3 aus eigener Befugnis nach Spanien gesendet, war wohl nur Legat; eine Übertragung des *imperium* an ihn ist nirgend berichtet, der Ausd. also ungenau.

c. **2**, 6 — c. **3**. Perduellions-Prozeſs des *Cn. Fulvius.*

7. *die dicta*: bezeichnet die erste Vorladung, durch welche der *tr. plebis* als gewöhnlicher Kläger in politischen Prozessen den Angeklagten vor das Volksgericht forderte. Die Anklage gegen Fulvius



http://rcin.org.pl

in contionibus vexabat, multos imperatores temeritate atque inscitia exercitum in locum praecipitem perduxisse dictitans,
8 neminem praeter Cn. Fulvium ante corrupisse omnibus vitiis legiones suas quam proderet. itaque vere dici posse, prius eos perisse quam viderent hostem, nec ab Hannibale sed ab
9 imperatore suo victos esse. neminem, cum suffragium ineat, satis cernere, cui imperium, cui exercitum permittat. quid
10 interfuisse inter Ti. Sempronium *et Cn. Fulvium? Ti. Sempronium* cum ei servorum exercitus datus esset, brevi effecisse disciplina atque imperio, ut nemo eorum generis ac sanguinis sui memor in acie esset, praesidio sociis, hostibus terrori essent; Cumas Beneventum aliasque urbes eos velut e faucibus Hannibalis
11 ereptas populo Romano restituisse: Cn. Fulvium Quiritium Romanorum exercitum, honeste genitos, liberaliter educatos, servilibus vitiis imbuisse. ergo effecisse ut feroces et inquieti inter socios, ignavi et imbelles inter hostes essent nec impetum modo Poenorum, sed ne clamorem quidem sustinere
12 possent. nec hercule mirum esse cessisse milites in acie, cum
13 primus omnium imperator fugeret; magis mirari se aliquos stantes cecidisse, et non omnes comites Cn. Fulvii fuisse pavoris ac fugae. C. Flaminium, L. Paulum, L. Postumium, Cn. ac P. Scipiones cadere in acie maluisse quam deserere cir-
14 cumventos exercitus: Cn. Fulvium prope unum nuntium deleti exercitus Romam redisse. facinus indignum esse, Cannensem

lautete zunächst auf schlechte Amtsführung und forderte von ihm eine Geldbuſse c. 3, 7.

*in cont.*] Nach der ersten Vorladung erfolgten durch *diei prodictio* drei weitere Verhandlungen vor dem Volke. Der Inhalt der in diesen Terminen (*accusationes*) von den Tribunen und Ful. gehaltenen *contiones* ist c. 2, 6—3, 4 zusammengefaſst.

10. *e faucibus Hannib.*] der als bildlich durch *velut* gekennzeichnete Ausdruck kehrt in dieser Form bei Liv. nicht wieder (wohl aber bei Cic.); doch ist der Vergleich erbitterter Feinde mit wilden Tieren nicht selten. c. 13, 12. c. 27, 12. *velut feras bestias per agros vagari.*

11. *Quiritium R.*] auffallend, da die Römer Quiriten in den friedlichen Beziehungen des bürgerlichen Lebens genannt zu werden pflegen; **45**, 37, 14 *nec Quirites vos, sed milites videor appellaturus.* Hier soll Quirites die Legionen des F. als ächte Vollbürger im Gegensatz zu den Sklaven des Gr. bezeichnen.

*hon. gen. lib. educ.*] *h. g.* u. *l. ed.* bezeichnen die beiden Hauptpunkte, auf denen die Civität beruht; tadellose Geburt und Vermeidung entehrender Handlung.

*nec modo — sed ne quidem*] = *et non modo non — s. n. q.* vgl. **22**, 28, 5. **25**, 15, 2. **28**, 29, 11. und so regelmäſsig, wenn beide Satzglieder gemeinsames Prädikat haben.

12. *cessisse m. in acie*] Gewöhnlich *excedere acie* c. 25, 12. **31**, 17, 9. sowie *loco cedere* **24**, 14, 7. doch sagt Liv. **22**, 59, 9. *refugere in acie.*

14. *redisse*] die zusgz. Form des Inf. Perf. Act. statt *iisse* ist bei Liv. ausschlieſslich im Gebrauch.

*facinus indign.*] stehende liv. Phrase: 'es sei schändlich', **37**, 32, 11. *clamor undique est sublatus, indignum facinus esse.* **2**, 29, 3. *indignum fac. esse clamantes.*

http://rcin.org.pl

exercitum, quod ex acie fugerit, in Siciliam deportatum, ne
prius inde dimittatur quam hostis ex Italia decesserit, et hoc
idem in Cn. Fulvii legionibus nuper decretum: Cn. Fulvio fugam 15
ex proelio ipsius temeritate commisso impunitam esse, et eum
in ganea lustrisque, ubi iuventam egerit, senectutem acturum:
milites, qui nihil aliud peccaverint, quam quod imperatoris 16
similes fuerint, relegatos prope in exsilium ignominiosam pati
militiam. adeo imparem libertatem Romae diti ac pauperi,
honorato atque inhonorato esse. reus ab se culpam in milites 3
transferebat: eos ferociter pugnam poscentes productos in aciem,
non eo quo voluerint, quia serum diei fuerit, sed postero die,
et tempore et loco aequo instructos, seu famam seu vim
hostium non sustinuisse. cum effuse omnes fugerent, se quo- 2
que turba ablatum, ut Varronem Cannensi pugna, ut multos
alios imperatores. qui autem solum se restantem prodesse 3
rei publicae, nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura
esset, potuisse? non se inopia commeatus in loca iniqua incaute 4
deductum, non agmine inexplorato euntem insidiis circum-
*ventum:* vi aperta, armis, acie victum. nec suorum animos
nec hostium in potestate habuisse: suum cuique ingenium
audaciam aut pavorem facere. bis est accusatus pecuniaque 5

*deportat.*] bedeutet gewöhnlich wie *deducere* 'vom Kriegsschauplatz weg nach Hause schaffen;' vgl. c. 17, 6; hier 'wegschaffen zur Strafe,' wie sonst *relegare* § 16 u. **25**, 5, 10 *Cannensis exercitus relegatus in Sic.* und **21**, 10, 12 *devehendum in ultimas maris terrarumque oras.*

*in legionibus . . decret.*] nicht gegen, sondern in dem durch die Legionen gegebenen Falle, zur Bezeichnung des Gebietes, welches von der Thätigkeit des Verb. berührt wird. **27**, 22, 6. *quod in L. Veturio decretum.*

15. *in ganea lustrisque*] in wüster Schwelgerei. **23**, 45, 2 *vino et scortis et omnibus lustris confectos.*

*iuventam*] bei Liv. findet sich wiederholt *iuventa* = Jünglingsalter; *iuventus* = *iuvenes*; ebenso *senecta* = Greisenalter; ein mehr dichterischer Sprachgebrauch und vor ihm in Prosa nur vereinzelt. c. 19, 3. *ab iuventa* **28**, 35, 7. *senecta* **24**, 4, 2.

16. *diti ac pau., hon. atque inh.*] der sing. masc. gener. zur Bezeichnung ganzer Klassen hat bei Liv. weite Ausdehnung, sowohl im Positiv als im Komparativ c. 36, 9 *si quod iniungere inferiori velis.* **2**, 9, 3 *salubriorem inopi quam potenti.* — *ac* scheidet Gegensätze; vgl. c. 34, 12. *quae eorum sacra ac profana essent.* **22**, 26, 5 *aequi atque iniqui.*

c. **3.** *serum diei*] das substant. Neutr. eines Adj. verbunden mit dem Gen. eines Subst. ist namentlich zur Bezeichnung räumlicher und zeitlicher Verhältnisse bei Liv. sehr gebräuchlich **33**, 48, 6 *serum noctis.* **7**, 8, 5 *serum diei.* c. 45, 8 *medium diei*; auch mit Präpos. *ad m. d.* **22**, 45, 1. **23**, 16, 10. *in m. d.* **27**, 2, 9.

2. *turba abl.*] vom Strom der Fliehenden fortgerissen. vgl. **22**, 49, 12 *Lentulum inter tumultum abripuit equus.*

*nisi si*] ausgenommen etwa wenn; in ironischem Sinne; *nisi* ist ganz zum Adverb. geworden. **28**, 31, 2 *nisi si terere frustra tempus vellent.*

4. *inexplorato*] adverbiell, wie bei Cic. schon *inaugurato*, *intestato.* **27**, 26, 6. *inexplorato euntes* **21**, 25, 9; ebenso *explorato* **27**, 2, 12. *nisi explorato* **31**, 2, 7.

5. *bis est accusatus*] es hatten

http://rcin.org.pl

anquisitum; tertio testibus datis, cum, praeterquam quod om-
nibus probris onerabatur, iurati permulti dicerent, fugae pa-
6 vorisque initium a praetore ortum, ab eo desertos milites, cum
haud vanum timorem ducis crederent, terga dedisse, tanta ira
accensa est, ut capite anquirendum contio succlamaret. de eo
7 quoque novum certamen ortum: nam cum bis pecunia an-
8 quisisset, tertio capitis se anquirere diceret, tribuni plebis
appellati collegae negarunt se in mora esse, quo minus, quod
ei more maiorum permissum esset, seu legibus seu moribus
mallet, anquireret, quoad vel capitis vel pecuniae iudicasset
9 privato. tum Sempronius perduellionis se iudicare Cn. Fulvio

schon 2 Termine stattgefunden; und zwar beide unter Festhaltung der bisherigen Anklage, welche eine Geldstrafe bezweckte. vgl. c. 2, 7. — *anquirere = amb-quirere*: von beiden Seiten untersuchen, d. h. vom Standpunkte der streitenden Parteien aus.

*omnibus probr.*] mit Vorwürfen jeder Art. c. 12, 11 *omnes cruciatus*. **6**, 22, 6 *materia ad omnem laudem*.

6. *capite anquir.*] In dem dritten Termine *(tertio)* stellte sich durch Zeugenaussagen die Schuld des F. als so bedeutend heraus, daſs das Volk selbst seine Anklage nicht mehr auf schlechte Amtsführung, sondern auf *perduellio* (Hochverrat) verlangte. Die *perd.* war ein *crimen capitale*, über welches die Centuriat-Komitien richteten. Statt *criminis cap.* sagt Liv. *capitis* und *capite anquiro*; doch nur *pecunia anquiro*.

*initium ortum*] Statt *init. factum* sagt Liv. mit einem gewissen Pleonasmus **32**, 39, 9 *initium ortum*; **9**, 40, 16 *inde natum initium*; **3**, 54, 9 *inchoare initia*. **39**, 23, 5.

7—8. *de eo .. cert. ortum*] der Tribun verschärfte nach dem Willen des Volkes seinen Antrag; der Verklagte focht die Rechtmäſsigkeit dieses Verfahrens an und appellierte an das Kollegium der Tribunen; dieses aber beschloſs, der Anklage freien Lauf zu lassen. Alle diese Momente hat Liv. in eine Periode gedrängt und *appellati* nicht, wie man erwartet, zum Hauptsatze gemacht, wodurch die Deutlichkeit etwas gelitten. — *diceret*: nämlich der Ankläger.

*se in mora esse*] = *morari quominus*. **30**, 44, 3 *fuisse in mora*. Gemeinsame Beschlüsse des Tribunen-Kollegiums. **4**, 53, 7. *pronuntiaverunt ex collegii sententia* **38**, 60, 3 u. o.

*seu leg. seu mor.*] das geschriebene Recht (*legibus*) bestimmte wohl für Hochverrat eine Kapitalstrafe; das Gewohnheitsrecht aber (*moribus*) hatte, falls die *perd.* auf schlechte Kriegsführung sich gründete, dafür eine Geldstrafe eintreten lassen. **8**, 33, 17 *capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem esse*. Der Spruch des Tribunen-Kollegiums besagte nun, es solle dem Ankläger freistehen, wie es schon früher Brauch gewesen (*more maiorum*) entweder nach dem geschriebenen Rechte (*leg.*) die Kapitalstrafe, oder nach dem usuellen (*mor.*) die Geldstrafe zu beantragen und es sei gleich, ob sein erster Antrag auf die eine oder die andere Strafe gegangen *(iudicasset)*, wofern (*quoad*) er nur dabei gesetzmäſsig verfahren sei und keine andere, als eine dieser beiden zulässigen Strafen beantragt habe.

*privatus*] im alten Gerichtsstile = *reus*. **35**, 41, 9, *accusantibus privatos aedilibus cur*. **43**, 16, 5.

9. Die bisherigen Verhandlungen waren in Sonderversammlungen der *plebs* geführt worden; nach Zurückweisung der Appellation des F. muſste nun die Sache in den Centuriat-Komitien zur Entscheidung kommen. (*quarta accusatio.*) Da der Kläger zu deren Berufung nicht kompetent war, wandte er sich an den *pr. urbanus* als zuständige Behörde. *pr. urbis* = *urbanus* **22**, 33, 8.

http://rcin.org.pl

dixit diemque comitiis ab C. Calpurnio praetore urbis petit.
inde alia spes ab reo temptata est, si adesse in iudicio Q. Ful- 10
vius frater posset, florens tum et fama rerum gestarum et
propinqua spe Capuae potiundae. id cum per litteras misera- 11
biliter pro fratris capite scriptas petisset Fulvius, negassentque
patres e re publica esse abscedi a Capua, postquam dies comi- 12
tiorum aderat, Cn. Fulvius exsulatum Tarquinios abiit. id ei
iustum exsilium esse scivit plebs.

Inter haec vis omnis belli versa in Capuam erat. obside- 4
batur tamen acrius quam oppugnabatur; nec aut famem tolerare
servitia ac plebs poterant aut mittere nuntios ad Hannibalem
per custodias tam artas. inventus est Numida, qui acceptis 2
litteris evasurum se professus praestaret promissum. per media
Romana castra nocte egressus spem accendit Campanis, dum
aliquid virium superesset, ab omni parte eruptionem temptandi. 3
ceterum in multis certaminibus equestria proelia ferme pro-
spera faciebant, pedite superabantur. sed nequaquam tam
laetum vincere quam triste vinci ulla parte erat ab obsesso
et prope expugnato hoste. inita tandem ratio est, ut quod 4
viribus deerat, arte aequaretur. ex omnibus legionibus electi

10. *spes tempt.*] es war ein beliebtes Mittel, in den Volksgerichten populäre Männer, wo möglich Verwandte als *patroni* vorzuführen.

*florens f.*] auf der Höhe des Ruhmes. vgl. c. 22, 13 *fulgentem tum Sicilia domita.* **22**, 34, 2 *splendentem.*

12. *exsulatum abiit*] Tarq. gehörte also noch zur Zeit des 2ten punischen Krieges zu den in Italien gelegenen freien Städten mit Asylrecht. Ebenso Neapolis. vgl. **29**, 21, 1. früher Tibur, Praeneste und auch Lanuvium **3**, 29, 7.

*iustum exsilium*] die Komitien bestimmten, daſs F., weil er an dem bestimmten Termine nicht erschienen sei, als verbannt zu betrachten sei; bestätigten also sein freiwilliges Exil. vgl. das Plebiscit **25**, 4, 9. — *iustus* = wohlverdient. **8**, 35, 5 *precarium, non iustum auxilium ferre.*

c. **4**—**6**. Belagerung von Capua.

1. *inter haec*] Statt *interea* bei Liv. nicht selten; in Buch 26 allein c. 10, 13. 18, 1. 45, 1. 49, 11.

*vis belli versa*] 'das ganze Ungestüm des Krieges wandte sich gegen C.' Häufig ohne *vis*: **23**, 28, 12. *in ipsum Hasdrubalem versum b.* **25**, 14, 3. *totumque eo versuros b.* c. 23, 2. = den Krieg dort hinüber spielen, Schauplatz d. Kr. verlegen. c. 12, 13 *bellumque omne eo vertat.*

2. *inventus est N.*] L. liebt es, nach einer einleitenden Bemerkung die eigentliche Erzählung asyndetisch zu beginnen, oft mit Voranstellung des Eigennamens der Hauptperson. vgl. c. 38, 5. u. o.

3. *equestria pr.*] die Tüchtigkeit der kamp. Reiterei bezeugt: **23**, 46, 11. *(habebant) peditem imbellem, equitatu plus poterant.* vgl. auch von den Ätolern **33**, 7, 13 *pedite inter finitimos superabantur.*

*expugnato h.*] von der Stadt auf die Einwohner übertragen **23**, 30, 4 *nec ante — expugnati sunt.* **25**, 28, 7 *tyrannos expugnare.* **37**, 25, 5 *Nabim exp.*; so auch *devastare* mit persönlichem Objekt. **23**, 42, 5 *sumus devastati.*

4. Die folgende Auseinandersetzung ist unklar; nach Liv. scheint es, als hätten sich Leichtbewaffnete bei der römischen Legion bis dahin nicht befunden und seien erst jetzt bei einer Nachmusterung als besonderes Velitenkorps ausgehoben

http://rcin.org.pl

sunt iuvenes maxime vigore ac levitate corporum veloces; eis parmae breviores quam equestres et septena iacula quaternos longa pedes data praefixa ferro, quale hastis velitaribus inest.
5 eos singulos in equos suos accipientes equites adsuefecerunt et vehi post sese et desilire perniciter, ubi datum signum
6 esset. postquam *id* adsuetudine quotidiana satis intrepide fieri visum est, in campum, qui medius inter castra murumque erat, adversus instructos Campanorum equites processerunt et,
7 ubi ad coniectum teli ventum est, signo dato velites desiliunt. pedestris inde acies ex equitatu repente in hostium equites
8 incurrit, iaculaque cum impetu alia super alia emittunt. quibus plurimis in equos virosque passim coniectis permultos vulneraverunt, pavoris tamen plus ex re nova atque inopinata iniectum est, et in perculsum hostem equites invecti fugam stragemque
9 eorum usque ad portas fecerunt. inde equitatu quoque superior Romana res fuit. institutum, ut velites in legionibus essent.
10 auctorem peditum equiti immiscendorum centurionem Q. Navium ferunt, honorique id ei apud imperatorem fuisse.

5 Cum in hoc statu ad Capuam res essent, Hannibalem diversum Tarentinae arcis potiundae Capuaeque retinendae

worden, während diese Truppenart schon **21**, 55 und öfter erwähnt ist.

*maxime veloces*] Liv. scheint den naheliegenden und sonst durchaus nicht ungebräuchlichen Superl. von *velox* zu vermeiden: er findet sich nur einmal: **31**, 36, 8.

*parmae brev.*] Die Bewaffnung der *velites* beschreibt Liv. **38**, 21, 13 *hic miles tripedalem parmam habet et in dextra hastas, quibus eminus utitur. gladio Hispaniensi est cinctus.* **31**, 35, 6 *veliti parmam gladiumque habenti (emissis hastis)*; dabei ist *hasta*, (sonst: Stoſslanze) statt *iaculum* gesagt, wie **38**, 20, 1 *velitarium hastarum*. dagegen **21**, 55, 11 sind die *velites* mit *verrutis* bewaffnet, welche die hier angegebene Länge haben.

*praefixa ferro*] vorn mit eiserner Spitze; so schon bei Caesar. Vgl. das ebenso gebildete *praepilatus* c. 51, 4.

5. *inest*] sowohl zur Bezeichnung des Enthaltenseins in einem Raume als des Besitzes von geistigen Eigenschaften verbindet Liv. *inesse* fast ausnahmslos mit dem Dativ c. 19, 14. *omnibus quae diceret, cum maiestas inerat, tum fides.*

6. *processerunt*] eigentlich nur von Fuſsgängern, in langsamer, gemessener Bewegung; = vorrücken. c. 46, 7 *acies processit.* **30**, 32, 4 *exercitus proc.* Doch ist die Übertragung der Verba des Gehens und Stehens auf Reiterei und Schifffahrt ganz gebräuchlich. c. 9, 13 *praecedentibus Numidis.*

7. *ad coniectum t. v.*] auf Schuſsweite herankommen; auch *ictus* und *iactus t.* c. 40, 10. *ad ictum t.* **27**, 18, 11. *sub ictum.*

*acies . . incurrit . . emittunt*] Bei Liv. werden Kollektiva oft im ersten Gliede des Satzes mit dem Singular, im zweiten mit dem Plur. verbunden. c. 21, 16 *exercitus R. iratus, partim quod cum imperatore non devectus esset, partim quod in oppidis hibernare vetiti erant, segni fungebantur militia.*

8. *ex re nova*] 'in Folge der Neuheit'. Ähnlich verwendet *Scipio velites* **30**, 11, 9.

*fugam strag. fecerunt.*] vgl. c. 6, 10, sonst *stragem dare* und *edere* **21**, 32, 8. **21**, 52, 10 *str. facere.*

c. **5**, 1. *diversum trah.*] das altlateinische, bei Terenz vorhandene Adv. *diverse* ging verloren und an seine Stelle trat *diversum* oder *in*

http://rcin.org.pl

trahebant curae. vicit tamen respectus Capuae, in quam 2
omnium sociorum hostiumque conversos videbat animos, documento futurae, qualemcumque eventum defectio ab Romanis
habuisset. igitur magna parte impedimentorum relicta in 3
Bruttiis et omni graviore armatu cum delectis peditum equitumque, quam poterat aptissimis ad maturandum iter, in Campaniam contendit. secuti tamen tam raptim euntem tres et
triginta elephanti. in valle occulta post Tifata montem im- 4
minentem Capuae consedit. adveniens cum castellum Galatiam praesidio vi pulso cepisset, in circumsedentes Capuam se vertit.
praemissis *itaque* nuntiis Capuam, quo tempore castra Romana 5
adgressurus esset, ut eodem et illi ad eruptionem parati portis omnibus sese effunderent, ingentem praebuit terrorem. nam 6
alia parte ipse adortus est, alia Campani omnes, equites peditesque, et cum iis Punicum praesidium, cui Bostar et Hanno
praeerant, erupit. Romani ut in re trepida, ne ad unam con- 7
currendo partem aliquid indefensi relinquerent, ita inter sese
copias partiti sunt: Ap. Claudius Campanis, Fulvius Hannibali 8
est oppositus; C. Nero propraetor cum equitibus sex legion*um* via quae Suessulam fert, C. Fulvius Flaccus legatus cum so-

*diversum* **25**, 11, 20 *in diversum auctores trahunt.*

2. *document. fut.*] Wem die Lehre galt, welche C. geben muſste, ist aus *sociorum hostiumq.* leicht zu entnehmen; für die *hostes* im Falle des Gelingens ein aufmunterndes; für die *socii* im entgegengesetzten Falle ein abschreckendes Beispiel. *docum.* heiſst an und für sich oft: abschreckendes Beispiel. **24**, 45, 3 *transfugis doc. esse* und ebd. 5 *documentum statui oportere.*

3. *armatus*] kollektiv = *armatura*; in Folge einer Vorliebe des Liv. für Abstrakta auf *us* bei ihm zuerst und wiederholt angewendet.
*secuti tamen . . . eleph.*] Die groſse Menge von Elephanten muſs nach **22**, 2, 10 *elephanto, qui u n u s superfuerat* auffallen; doch wird schon **23**, 46, 4 eine gröſsere Anzahl von Elephanten bei H. vorausgesetzt.

4. *Tifata m.*] Dieser Cap. beherrschende Berg *(imminentem C.)* lag östlich von der Stadt an der Grenze Samniums. Bei allen um C. vorgehenden Kämpfen spielt er teils wegen seiner Lage, teils wegen der aus älterer Zeit vorhandenen Befestigungen eine Rolle. **23**, 36, 1 und 6. **24**, 12, 3 *H. ad Tifata in veteribus castris super Capuam consedit.*

*castellum G.*] Daſs die Mehrzahl der um C. gelegenen Städte fest an Rom hielt, muſste die Belagerung ebenso sehr erleichtern, als es den Entsatz erschwerte. H. suchte sich daher zunächst einen militärischen Stützpunkt zu schaffen durch Wegnahme von G.

6. *alia—alia*] Auch von zwei Personen oder Sachen findet sich analog dem griech. ἄλλος μὲν—ἄλλος δὲ lat. *alius—alius*, wenn mehr der Gegensatz der Handlungen oder Zustände als die Zahl an sich in Betracht kommt. **1**, 21, 6 *duo reges alius alia via civitatem auxerunt.*

7. *ut in re tre.*] Dies bei Liv. im Sing. die regelmäſsige Wortstellung; im Plur. kann das Adjekt vor- und nachgestellt werden.

8. *via*] lokaler Ablativ ohne Präpos., die jedoch auch hinzugesetzt wird. c. 10, 7 *in viis*; (vgl. *via Latina* c. 8, 10) hier 'an der Straſse', wie **22**, 1, 12 u. öfter; für gewöhnlich = auf d. St.

http://rcin.org.pl

9 ciali equitatu constitit e regione Vulturni amnis. proelium
non solito modo clamore ac tumultu est coeptum, sed ad alium
virorum, equorum armorumque sonum disposita in muris Campanorum
imbellis multitudo tantum cum aeris crepitu, qualis
in defectu lunae silenti nocte cieri solet, edidit clamorem, ut
10 averteret etiam pugnantium animos. Campanos facile a vallo
11 Appius arcebat; maior vis ab altera parte Fulvium Hannibal
et Poeni urgebant. legio ibi sexta loco cessit, qua pulsa cohors
Hispanorum cum tribus elephantis usque ad vallum pervasit,
ruperatque mediam aciem Romanorum et in ancipiti spe ac
periculo erat, utrum in castra perrumperet an intercluderetur
12 a suis. quem pavorem legionis periculumque castrorum Fulvius
ubi vidit, Q. Navium primoresque alios centurionum hortatur,
ut cohortem hostium sub vallo pugnantem invadant: in
13 summo discrimine rem verti; aut viam dandam iis esse, et
minore conatu, quam condensam aciem rupissent, in castra ir-
14 rupturos, aut conficiendos sub vallo esse. nec magni certaminis
rem fore: paucos esse et ab suis interclusos; et quae,
dum paveat Romanus, interrupta acies videatur, eam, si se
utrimque in hostem vertat, ancipiti pugna medios circum-
15 venturam. Navius ubi haec imperatoris dicta accepit, secundi
hastati signum ademptum signifero in hostes infert, iacturum
in medios eos minitans, ni se propere sequantur milites et

9. *ad*] hinzufügend = auſser; so *ad hoc* **6**, 20, 8. *ad cetera* **30**, 1, 4 = auſser dem Übrigen. **43**, 10, 5 *et ad clamorem.*

*cum aeris str.*] Sowohl um dem Feinde den Eindruck eines gröſseren Heeres zu machen, als um die eigenen Truppen zu ermutigen, beteiligen sich die *inermes* öfters in ähnlicher Weise am Kampfe. **23**, 16, 14. **43**, 10, 5 *ingens strepitus e muris ortus ululantium mulierum cum crepitu undique aeris.*

10. *arcere a*] wird meistens von Personen gesagt, bei Ortsangaben steht sonst der bloſse Ablativ.

11. *urgebant*] das Prädik. hat sich im Numerus an die Apposition *H. et Poeni* angeschlossen; bei Liv. nicht selten.

*in ancipiti spe ac periculo*] 'sie schwankten zwischen Furcht und Hoffnung'; von dem hierin liegenden Begriff der Ungewiſsheit hängt die Doppelfrage *utr. an* ab, in welcher *utrum* den Inhalt der *spes*, *an* den des *periculum* einführt.

12. *primores*] die Vornehmsten, Vorkämpfer; namentlich in 1. Dekade häufig; *primores centurionum* findet sich bei Liv. nur hier; = *primorum ordinum centuriones*, oder (**30**, 4, 1.) *primos ordines.*

13. *in discrimine rem verti*] Die Lage sei höchst gefährlich, kritisch. Häufig ist *vertitur aliquid* = es steht etwas auf dem Spiele; die entscheidende Wendung selbst *(disc.)* steht dabei im Ablativ. **23**, 29, 7 *velut quibus reditus .... eo discrimine pugnae verteretur*; **30**, 31, 1 *ibi summam rerum bellique verti cernebant.*

*condensus*] = *densus*. Dies Kompositum von *densus* ist in guter Prosa (Cic. Cäs. Sall. Curt. Tac. Suet. Nepos) gemieden; es findet sich bei Dichtern (Lucr. Verg.) und vereinzelten Historikern *(bell. Afric. Sisenna)*; davon abgeleitet dichterisch *condensare* = *densare*; frz. nur *condenser*. Die Sache, mit der etwas dicht besetzt ist, steht im Ablativ **25**, 39, 1 *condensa arboribus.*

http://rcin.org.pl

partem capessant pugnae. ingens corpus erat, et arma hone- 16
stabant; et sublatum alte signum converterat ad spectaculum
cives hostesque. ceterum postquam iam ad signa pervenerat 17
Hispanorum, tum undique in eum tragulae coniectae et prope
tota in unum acies versa; sed neque multitudo hostium neque
telorum vis arcere impetum eius viri potuerunt. et M. Atilius 6
legatus primi principis ex eadem legione signum inferre in
cohortem Hispanorum coepit; et qui castris praeerant L. Porcius
Licinus et T. Popillius legati pro vallo acriter propugnant
elephantosque transgredientes in ipso vallo conficiunt. quorum 2
corporibus cum oppleta fossa esset, velut aggere aut ponte
iniecto transitum hostibus dedit. ibi *super* stragem iacentium
elephantorum atrox edita caedes. altera in parte castrorum 3
iam impulsi erant Campani Punicumque praesidium, et sub
ipsa porta Capuae, quae Vulturnum fert, pugnabatur; neque 4
tam armati irrumpentibus Romanis resistebant, quam porta
ballistis scorpionibusque instructa missilibus procul hostes
arcebat. et suppressit impetum Romanorum vulnus impera- 5
toris Ap. Claudii, cui suos ante prima signa adhortanti sub
laevo humero summum pectus gaeso ictum est. magna vis
tamen hostium ante portam est caesa, ceteri trepidi in urbem
compulsi. et Hannibal, postquam cohortis Hispanorum stragem 6
vidit summaque vi castra hostium defendi, omissa oppugnatione

16. *ingens corpus*] 'eine gewaltige Erscheinung, noch gehoben durch den Waffenschmuck'; wobei Liv. wohl hauptsächlich an den Helm und etwa eine Helmzier denkt.

*honestabant*] = ansehnlich machen; das Simplex scheint Liv. nur hier zu gebrauchen; das Kompositum *cohonestare* hat er an zwei Stellen: **25**, 16, 17 und **38**, 47, 3 mit Subst. Abstr. als Objekt.

17. *ad signa pervenerat*] = in die unmittelbare Nähe; die *signa* befinden sich im Kampfe in der ersten Reihe.

*tragula*] wird wiederholt als Waffe der Spanier genannt; Hannibal **21**, 7, 10 und Cn. Scipio **24**, 42, 2 wird von derselben verwundet; so wie *gaesum* c. 6, 5 Waffe der Gallier ist.

c. **6**. *transgredientes*] part. praes. *de conatu* = als sie übersteigen wollten; so nicht selten zum Zeichen des Versuches oder des Beginnes einer Handlung. c. 15, 11 *consurgentem iam*. c. 28, 2 *inferentem bellum*. c. 31, 4 *tradentes urbem*. c. 40, 18 *coalescente* = die sich zu kräftigen anfing.

2. *oppleta*] von den zahlreichen Kompositis von *pleo* ist *oppleo* das seltenste bei Liv. und gehört wohl einer älteren Latinität an **10**, 46, 1. **22**, 49, 6 u. 56, 4.

*aggere aut ponte iniecto*] leichtes Zeugma.

*super stragem*] vgl. **24**, 42, 3 *super ipsum (vallum) novem et triginta elephanti pilis confixi*. — *strages iacentium* = tautologisch.

*Volturnum*] Die Stadt V. (**25**, 20 2 *ad Volturni ostium, ubi nunc urbs est*) bestand damals noch nicht.

*porta fert*] nach Analogie des häufigen *via fert*; der durch das Thor gehende Weg führt dorthin. vgl. c. 40, 8 *portam ad mare ferentem*.

4. *porta arcebat*] Die Wurfmaschinen befinden sich auf den Thortürmen und dem Thor, welchem hier vermöge einer häufigen Personifikation die Thätigkeit der Verteidiger beigelegt ist.

http://rcin.org.pl

recipere signa et convertere agmen peditum obiecto ab tergo
7 equitatu, ne hostis instaret, coepit. legionum ardor ingens ad
hostem insequendum fuit; Flaccus receptui cani iussit, satis ad
utrumque profectum ratus, ut et Campani, quam haud multum
8 in Hannibale praesidii esset, et ipse Hannibal sentiret. caesa
eo die qui huius pugnae auctores sunt octo milia hominum de
Hannibalis exercitu, tria ex Campanis tradunt, signaque Car-
9 thaginiensibus quindecim adempta, duodeviginti Campanis. apud
alios nequaquam tantam molem pugnae inveni, plusque pavoris
quam certaminis fuisse, cum inopinato in castra Romana Nu-
10 midae Hispanique cum elephantis irrupissent, elephanti per
media castra vadentes stragem tabernaculorum ingenti sonitu
11 ac fugam abrumpentium vincula iumentorum facerent; fraudem
quoque super tumultum adiectam immissis ab Hannibale, qui
*habitu Italico* gnari Latinae linguae iuberent consulum verbis,

6. *recipere signa*] die römische Militärsprache setzt, um taktische Bewegungen und militärische Verrichtungen zu bezeichnen, oft zu dem entsprechenden Verbum nicht die Truppen etc. selbst als Objekt, sondern Gegenstände, welche der Truppe eigentümlich und gleichsam ihre Vertreter sind; so namentlich *signa ferre, inferre, conferre, proferre, recipere; agmen erigere, convertere, recipere, castra conferre* und vieles Ähnliche.

7. *ardor . . ad h. in.*] Zur Bezeichnung des Zieles, worauf eine Thätigkeit sich richtet, verbindet Liv. nicht nur Adjektiva, sondern auch Substantiva *(animus, spes, locus, materia, potestas)* entsprechend dem Griech. πρός mit d. Präp. *ad* **21**, 25, 10 *ad temptanda (castra) defuit spes* u. oft. Ähnlich auch schon Cic. in den Briefen.

*ad utrumque*] für, in Hinsicht auf beide Zwecke; sonst *proficio in* c. accus. **31**, 37, 5 *in summam belli . . . profectum foret.*

*quam haud multum*] der indirekte beiden Satzgliedern gemeinsame Fragesatz ist zu *et ipse H.* in anderer Form zu wiederholen. — Deutsch: 'wie so gar wenig'; weniger stark als *quam nihil*: 'wie so gar nichts' c. 16, 13 *quam nihil in Hannibale ad receptos in fidem tuendos esset.* (Auch bei Cicero.).

8. *signa adempta*] Liv. sagt mit feststehender Phrase entweder: *signa adimere* oder *signa capere.* c. 47, 6 *(capta) signa militaria septuaginta quattuor.* **27**, 13, 7 *an . . . signa . . . ademisset?*

9. *nequaquam*] keineswegs; bei Liv. sehr häufig, namentlich mit Begriffen der Gleichheit: *par, idem* und *tantus, tam.* Indessen nicht weniger selten steht dafür *haudquaquam.*

*molem pugnae*] ein gewaltiger Kampf. *moles* wie *moliri* nur von schweren gewaltigen Unternehmungen. c. 19, 9 *tantam rerum molem.* **27**, 40, 6 *unum in locum totam periculi molem incubuisse.* **30**, 21, 2 *omni belli mole.*

*plusque*] *que* = sondern, wie nach Negationen auch bei Cicero. c. 22, 8 *nihil se mutare sententiae, eosdemque consules dicturos esse.*

11. *habitu Italico*] 'in italienischer Bewaffnung, Tracht.' **24**, 30, 14 *ex signis armorumque habitu cognovere (eos).* Es sind wohl hauptsächlich Überläufer, die auch **27**, 28, 9 in römischer Bewaffnung und *latine loquentes* zu einem Überfalle benutzt werden.

*consulum*] ungenau für *proconsulum,* wie häufig; vgl. dagegen c. 14, 6 *iussu proconsulis.*

*c. verbis*] im Auftrage der *C.* = *nomine consulum*; nicht gerade mit denselben Worten. **22**, 58, 9 *dictatoris verbis.* 5, 35, 5 *senatus...nomine.*

http://rcin.org.pl

quoniam amissa castra essent, pro se quemque militum in
proximos montes fugere; sed eam celeriter cognitam fraudem 12
oppressamque magna caede hostium; elephantos igni e castris
exactos. Hoc ultimum — utcumque initum finitumque est — 13
ante deditionem Capuae proelium fuit.

medix tuticus, qui summus magistratus apud Campanos
est, eo anno Seppius Loesius erat, loco obscuro tenuique for-
tuna ortus. matrem eius quondam pro pupillo eo procurantem 14
familiare ostentum, cum respondisset haruspex summum quod
esset imperium Capuae perventurum ad eum puerum, nihil ad 15
eam spem agnoscentem dixisse ferunt 'ne tu perditas res Cam-
panorum narras, ubi summus honos ad filium meum perveniet.'
ea ludificatio veri et ipsa in verum vertit: nam cum fame 16
ferroque urgerentur, nec spes ulla superesset sisti [*posse, iis,
qui nati*] in spem honorum erant honores detractantibus, Loesius
querendo desertam ac proditam a primoribus Capuam summum 17
magistratum ultimus omnium Campanorum cepit.

Ceterum Hannibal ut nec hostes elici amplius ad pugnam 7
vidit neque per castra eorum perrumpi ad Capuam posse, ne 2

13. *medix tuticus*] Derselbe noch **23**, 35, 13 und **24**, 19, 2 erwähnt, ist die nach *eo anno* alljährlich neu zu wählende Oberbehörde von Capua = Landpfleger. Die Worte sind mit dem lat. *mederi* und *totus* verwandt.

14. *pro pupillo*] giebt an, warum für den Knaben nicht, wie sonst, der Vater das Opfer verrichtete; er war nach dem Tode desselben *pupillus relictus*. **34**, 6, 14. **39**, 9, 2.

*familiare ostentum*] diese bei L. nur hier vorkommende Wendung bezeichnet ein Vorzeichen, das sich nicht auf den Staat bezieht, daher von dem Einzelnen gesühnt werden muſs. Doch sagt Liv. dafür sonst stets *domesticum* und *privatum*. **1**, 56, 4 *domestico . . visu*. Gemeint ist wohl ein Traum. Statt *ostentum* findet sich bei Liv. sonst *prodigium*, *portentum*, *monstrum*. Merke die liv. Phrasen: *expiare, procurare, averruncare prodigia; consulere prodigiis*.

15. *pervent. ad*] 'würde übergehen auf' **29**, 29, 6 *regnum ad fratrem . . . . pervenit*.

*nihil ad eam spem agnoscentem*] sie erkannte nichts, was zu dieser Hoffnung berechtigte. **33**, 21, 2 *(Attalo) nihil ad spem regni fortuna dederat*.

16. *ea ludif. veri et ip. in verum v.*] Das Vorzeichen wurde dadurch ein doppeltes; einmal ging die Wahrsagung des *haruspex* in Erfüllung, indem Loesius *medix t.* wurde, zweitens aber die nicht ernst gemeinte Äuſserung der Mutter: das könne nur bei Ruin des Vaterlandes geschehen.

*vertit*] häufig in aktiver Form mit medialem Sinne: ausschlagen zu, sich verwandeln in c. 40, 5 *gloria . . . in invidiam vertit*. **30**, 18, 3 *timor vertit in audaciam*.

*sisti posse*] daſs man bestehen, daſs die Lage ertragen werden könne; bei Liv. nicht selten unpersönlich: *ut consuetis remediis sisti posset* **3**, 20, 8.

17. *desertam ac proditam a primoribus C.*] durch Angriffe auf die Aristokratie machte er sich populär; bei Liv. das gewöhnliche Verfahren niedrig geborener Männer, um sich eine höhere Stellung zu verschaffen. **22**, 26, 2 *proclamando . . . adversus rem et famam bonorum primum in notitiam populi, deinde ad honores pervenit*.

c. **7**—**11**. Hannibals Zug gegen Rom.

1. *ceterum*] dient zur Wiederanknüpfung der c. 6, 3 unterbrochenen Erzählung.

http://rcin.org.pl

suos quoque commeatus intercluderent novi consules, abscedere
3 irrito incepto et movere a Capua statuit castra. multa secum,
quonam inde ire pergeret, volventi subiit animum impetus
caput ipsum belli Romam petendi, cuius rei semper cupitae
praetermissam occasionem post Cannensem pugnam et alii
4 vulgo fremebant et ipse non dissimulabat: necopinato pavore
ac tumultu non esse desperandum aliquam partem urbis occu-
5 pari posse; et, si Roma in discrimine esset, Capuam extemplo
omissuros aut ambo imperatores Romanos aut alterum ex iis,
et si divisissent copias, utrumque infirmiorem factum aut sibi
6 aut Campanis bene gerendae rei fortunam daturos esse. una
ea cura angebat, ne, ubi abscessisset, extemplo dederentur
Campani. Numidam promptum ad omnia *agenda* audendaque
donis perlicit, ut litteris acceptis specie transfugae castra Ro-
7 mana ingressus altera parte clam Capuam pervadat. litterae
autem erant adhortatione plenae: profectionem suam, quae sa-
lutaris illis foret, abstracturam ad defendendam Romam ab
8 oppugnanda Capua duces atque exercitus Romanos. ne despon-

2. *commeatus intercludere*] Liv. sagt: *alicui commeatus intercludere* c. 39, 10 und *arcere commeatus alicuius* c. 20, 7; doch auch *intercludere aliquem aliqua re*; z. B. *castris* **27**, 42, 4.

*abscedere irrito incepto*] bei Liv. sehr häufige Wendung, in welcher *irrito incepto* als absolut. Ablativ aufzufassen ist, da *abscedere* nur streng lokal vorkommt; variirt durch *absistere incepto*, *conatu*; *desistere incepto; irrito incepto revertere*, *recedere* und ähnliches.

3. *ire pergit*] *pergo* nicht = weitergehen, fortgehen, sondern *per* — *rego* = Richtung nehmen; wie *surgo* = *sub* — *rego*: sich aufrichten; daher das so gewöhnliche *pergit ire* kein Pleonasmus ist.

*impetus*] 'ein plötzlicher Einfall'; daher *impetu*: als adverbieller Ablativ im Gegensatz zu *consilio* gebraucht **22**, 50, 12.

*caput*] 'Herd, oder Centrum d. K.', oft mit *arx* verbunden. c. 25, 8 *caput arcemque Maedicae*; auch von Personen, in welchem Falle deutsch: 'Seele d. Kr.' **28**, 42, 16 *ubi Hannibal sit, ibi caput arcemque huius belli esse*.

4—5. Der Plan bietet dem H. drei Chancen: 1) die nicht undenkbare Möglichkeit *(non esse desperandum)* durch Handstreich einen Teil der Hauptstadt zu nehmen. 2) gänzliche oder teilweise Lösung der Blokade Capuas. 3) ein günstiges Treffen gegen die geteilte feindliche Macht.

6. *cura angebat*] häufige Wendung; **27**, 40, 2 u. oft; meist wie hier ohne Objekt; doch auch mit demselben: **32**, 5, 2. *Philippum . . . belli curae angunt* **21**, 1, 5. deutsch: beengen, quälen; nicht ängstigen.

*agenda audendaque*] formelhaft für den höchsten Grad der Verwegenheit; auch umgekehrt: **22**, 14, 14 *audendo atque agendo*.

7. *adhortatione plenae*] überwiegend steht *plenus* bei Liv. mit dem Genitiv; doch auch nicht selten mit dem Ablativ; c. 42, 3 *omni bellico apparatu plenam*.

*duces atque exercitus*] Liv. sagt stets *dux atque exercitus* oder *dux exercitusque*, sehr selten *dux et exercitus*.

8. *despondere animos*] eigentlich = angeloben *(filiam)* verheiſsen; c. 37, 5 *velut despondente fortuna Romanis imperium orientis*. Da nun aber das in Verträgen Versprochene auch meistens ausgeliefert werden muſs, so erhält schon bei Plautus *desp.* die Bedeutung: fortgeben. So

http://rcin.org.pl

derent animos; tolerando paucos dies totam soluturos obsidionem. inde naves in flumine Vulturno comprehensas subigi 9
ad id quod iam ante praesidii causa fecerat castellum iussit. quarum ubi tantam copiam esse, ut una nocte traici posset exercitus, adlatum est, cibariis decem dierum praeparatis de- 10
ductas nocte ad fluvium legiones ante lucem traiecit.

Id priusquam fieret, ita futurum compertum ex transfugis 8
Fulvius Flaccus senatui Romam cum scripsisset, varie animi hominum pro cuiusque ingenio adfecti sunt. ut in re tam tre- 2
pida senatu extemplo vocato P. Cornelius, cui Asinae cognomen erat, omnes duces exercitusque ex tota Italia neque Capuae neque ullius alterius rei memor ad urbis praesidium revocabat; Fabius Maximus abscedi a Capua terrerique et circumagi ad 3
nutus comminationesque Hannibalis flagitiosum ducebat: qui 4
ad Cannas victor ire tamen ad urbem ausus non esset, eum a Capua repulsum spem potiundae urbis Romae cepisse! non 5
*species* mit dem Genetiv. des Part. Praes. **27**, 2, 5 *addidit et aliam fidentis speciem*. **35**, 34, 9. *specie reducentis exulem hospitem profectus*.

c. **28**, 1. *Macedonia et Graecia, Aetoli, Acarnanes Locrique*] Die beiden wichtigsten politischen und geographischen Begriffe treten in einer Gruppe mit *et* verbunden voran; in einer zweiten Gruppe werden Acarn. Locrique durch *que* zu einem Ganzen vereinigt und treten so den Aetoli gegenüber. Vgl. c. 24, 9.

http://rcin.org.pl

bellum Aetolis, in Macedoniam retro ab se compulsum ad
intima penitus regni abisse, legionemque inde deduci posse;
3 classem satis esse ad arcendum Italia regem. haec de se
deque provincia, cui praefuerat consul. tum de provinciis
communis relatio fuit. decrevere patres, ut alteri consulum
Italia bellumque cum Hannibale provincia esset, alter classem,
cui T. Otacilius praefuisset, Siciliamque provinciam cum L. Cincio
4 praetore obtineret. exercitus eis duo decreti, qui in Etruria
Galliaque essent; eae quattuor erant legiones; urbanae duae
superioris anni in Etruriam, duae, quibus Sulpicius consul
5 praefuisset, in Galliam mitterentur; Galliae et legionibus
praeesset, quem consul, cuius Italia provincia esset, prae-
6 fecisset; in Etruriam C. Calpurnius post praeturam prorogato
in annum imperio missus. et Q. Fulvio Capua provincia de-
7 creta prorogatumque in annum imperium; exercitus civium
sociorumque minui iussus, ut ex duabus legionibus una legio,
quinque milia peditum et trecenti equites essent, dimissis qui
8 plurima stipendia haberent, et sociorum septem milia peditum
et trecenti equites relinquerentur, eadem ratione stipendiorum
9 habita in veteribus militibus dimittendis. Cn. Fulvio consuli
superioris anni nec de provincia Apulia nec de exercitu, quem
habuerat, quicquam mutatum; tantum in annum prorogatum
imperium est. P. Sulpicius collega eius omnem exercitum
10 praeter socios navales iussus dimittere est. item ex Sicilia
exercitus, cui M. Cornelius praeesset, ubi consul in provinciam
11 venisset, dimitti iussus. L. Cincio praetori ad obtinendam

2. *ad intima penitus*] 'tief in das Innere'; Richtung und Bewegung des Fortgehens waren durch *ad intima* hinreichend ausgedrückt; *penitus* verstärkt den Begriff = tief hinein. **32**, 21, 14 *penitus in regnum abiit.* **8**, 9, 11 *in totam penitus aciem pervasit.*

4. *mitterentur*] hier und bei allen folgenden Konjunktiven schwebt immer das von *decerni* abhängige *ut* vor; indessen stehen Verba des Beschlieſsens und Befehlens auch unmittelbar ohne *ut*, **24**, 15, 5 *iussit.* **29**, 2, 8 *impero.* **30**, 32, 1 *pronuntio.* **26**, 50, 7 *paciscor amicus sis.*

6. *C. Calpurnius*] bisher *praetor urbanus* und als solcher ohne *imperium;* für einen anderen Zweck wird ihm nach Beendigung der *praetura urb.* dasselbe verlängert.

*Capua*] eine Stadt erscheint wiederholt als *provincia,* wenn sie der Mittelpunkt der Verwaltung einer ganzen Gegend ist. **24**, 44, 2 *Luceriam provinciam haberet,* und besonders **28**, 38, 13 *obtigit Ariminum — ita Galliam appellabant — Spurio Lucretio.*

7. *minui iussus*] 'es wurde ihm Befehl erteilt, daſs das Heer vermindert werden sollte'; der infin. passivi, obwohl das Subjekt ein persönliches ist: vgl. § 10 *exercitus — dimitti iussus.* **5**, 7, 9 *laudari iussi.* **4**, 12, 4 *(plebei) consules creari iussi sunt.*

9. *praeter socios navales*] weil er nach Griechenland gehen sollte, wo Rom sich zum Unterhalte einer Flotte verpflichtet hatte.

*iussus dimittere est*] Liv. trennt gern das Hilfsverbum *esse* durch ein oder mehrere Worte vom Verbum. Vgl. c. 41, 2 *profectus ad exercitum est.*

http://rcin.org.pl

Siciliam Cannenses milites dati duarum instar legionum. totidem legiones in Sardiniam P. Manlio Vulsoni praetori decretae, quibus L. Cornelius in eadem provincia priore anno praefuerat. 12
urbanas legiones ita scribere consules iussi, ne quem militem facerent, qui in exercitu M. Claudii M. Valerii Q. Fulvii fuisset, 13
neve eo anno plures quam una et viginti Romana legiones essent.

His senatus consultis perfectis sortiti provincias consules.
Sicilia et classis Marcello, Italia cum bello adversus Hannibalem 29
Laevino evenit. quae sors, velut iterum captis Syracusis, ita
exanimavit Siculos exspectatione sortis in consulum conspectu 2
stantes, ut comploratio eorum flebilesque voces et extemplo oculos hominum converterint et postmodo sermones praebuerint.
circumibant enim senatorum *domos* cum veste sordida adfirman- 3
tes se non modo suam quosque patriam sed totam Siciliam relicturos, si eo Marcellus iterum cum imperio redisset. nullo
suo merito eum ante implacabilem in se fuisse: quid iratum, 4
quod Romam de se questum venisse Siculos sciat, facturum! obrui Aetnae ignibus aut mergi freto satius illi insulae esse

11. *duarum instar legionum*] in der Stärke von 2 Legionen. *instar* eigentl. = Abbild (**28**, 17, 2 *parvum instar*) ist als Adverb in der Militärsprache seit Caesar (z. B. bell. civ. 3, 66) eingebürgert in der Bedeutung: 'in der Stärke von'; **35**, 49, 10 *vix duarum male plenarum legiuncularum instar*.

13. *ita — ne — neve*] 'so, daſs dabei nicht', in beschränkendem Sinne. Enthält der auf das beschränkende *ita* folgende Nebensatz den Sinn, daſs etwas verboten werden solle, so wird *ut ne*, auch *ne* allein gebraucht, und darauf mit *neve* fortgefahren, indem die Vorstellung des Verhütens maſsgebend bleibt. c. 34, 7 *ita, ut nemo eorum . . . . . . civis esset neve . . . . . . maneret*.

*una et viginti*] trotz der erneuten Anstrengungen in Spanien u. Makedonien ist Rom durch Capuas Fall so entlastet, daſs es im Stande ist, die Feldarmee um zwei Legionen herabzusetzen. Vgl. c. 1, 13 *tribus et viginti*.

c. **29—32**. Beschwerde der Sikuler über Marcellus.

2. *sors*] der Ausfall der Verlosung; *sortis* (weiter unten) die Verlosung selbst.

*exanimavit Siculos*] 'erfüllte sie mit tödlichem Schrecken'. *exanimare* bei Liv. meistens in eigentlicher Bedeutung. **25**, 7, 7 *duo vigiles exanimati sunt (fulmine)*. **23**, 24, 10. Auch *exanimis* = tot. **25**, 16, 24 (doch hat schon Cicero das Verb. in übertragener Bedeutung).

*postmodo*] in der 1. Dekade sagt Liv. noch *postmodum*, in den folgenden nur noch *postmodo*. Vgl. **25**, 38, 11 (bei Cic. u. Caes. findet sich beides nicht).

3. *se*] nicht die Gesandten, sondern sie und ihre Mitbürger, einem gewöhnlichen Sprachgebrauche zufolge, nach welchem Abgesandte im Namen ihrer Auftraggeber so reden, als wenn jene selbst sprächen.

*iterum — redire*] wieder zurückkehren; mit einer auch im Deutschen üblichen Tautologie. Vgl. **29**, 30, 4 *retro remittere*.

4. *nullo suo merito*] *suo* statt des genitiv subject. = Verschulden ihrerseits; z. B. c. 22, 3 *pauca sua verba:* wenige Worte von ihm. — Zu *meritum* in schlechtem Sinne vgl. **25**, 6, 4 *quod ob meritum nostrum;* **28**, 27, 13 *patria quid de vobis meruerat*.

*mergi freto*] nämlich Siculo; *mergi*

http://rcin.org.pl

5 quam velut dedi noxae inimico. hae Siculorum querellae domos
primum nobilium circumlatae celebrataeque sermonibus, quos
partim misericordia Siculorum partim invidia Marcelli excitabat,
6 in senatum etiam pervenerunt. postulatum a consulibus est,
ut de permutandis provinciis senatum consulerent. Marcellus,
si iam auditi ab senatu Siculi essent, aliam forsitan futuram
7 fuisse sententiam suam dicere: nunc, ne quis timore frenari
eos dicere possit, quo minus de eo libere querantur, in cuius
potestate mox futuri sint, si collegae nihil intersit, mutare
8 se provinciam paratum esse. deprecari senatus praeiudicium:
nam cum extra sortem collegae optionem dari provinciae ini-
quum fuerit, quanto maiorem iniuriam, immo contumeliam esse,
9 sortem suam ad eum transferri? ita senatus, cum, quid placeret,
magis ostendisset quam decresset, dimittitur. inter ipsos con-
10 sules permutatio provinciarum, rapiente fato Marcellum ad
Hannibalem, facta est, ut, ex quo primus post advers*issimas*
*secund*ae pugnae gloriam ceperat, in eius laudem postremus

bei Liv. mit dem bloſsen Ablativ: *freto, alto, fluctibus*, bisweilen auch *in alto;* sowie mit *in* c. accus., was bei Cicero die Regel.

*velut dedi noxae*] 'gleichsam zur Strafe ausgeliefert werden', ein dem Gerichtswesen entlehntes Bild, das als solches durch *velut* gekennzeichnet wird. **21**, 30, 3 *velut ob noxam sibi dedi.*

6. *postulatum a consulibus*], man, näml. die Gegenpartei des Marcellus stellte an die Consuln die Forderung. Jeder Senator hatte das Recht, über ihm wichtig erscheinende Gegenstände eine Beratung zu beantragen.

*aliam forsitan futuram fuisse*] so würde er dem Antrage keine Folge gegeben haben; denn kein Beamter war gehalten, den Anträgen der Senatoren auf Beratung nachzugeben. **42**, 21, 1 *consules — uti de M. Popillio referrent, senatui (non) obsequebantur.*

7. *timore frenari*] 'unter dem Zwange, Drucke, Banne der Furcht stehen'; selten bei Liv.; im eigentlichen Sinne **37**, 15, 1 *ubi .... frenassent claustra maris.*

8. *paratum esse*] er sei zum Tausche bereit, verbitte sich aber einen Senatsbeschluſs, der ein ungünstiges Urteil über seine Verwaltung schon vor der Untersuchung *(praeiudicium)* bedeuten würde. *deprecari* bedeutet sowohl durch Bitten abwenden **29**, 15, 15 *spe deprecandi dilectus*, als sich verbitten: **27**, 20, 13 *deprecari ignominiam.*

*extra sortem*] „es würde gewiſs unbillig sein, seinem Amtsgenossen auſser der Verlosung auch noch die Auswahl zwischen den Provinzen zu gestatten, aber seine ihm zugefallene Provinz jenem einfach übertragen, sei geradezu eine Beschimpfung.“ *extra = praeter*, wie in *extra quam* c. 34, 6 = *praeterquam.* **28**, 38, 12 *extra sortem.*

*optionem dari*] entweder wurde um die Provinzen gelost, oder die Beamten vereinigten sich darüber; *(sortiri — comparare inter se)* eine nur einseitige Wahl wäre unstatthaft gewesen.

9. *decresset*] Es finden sich Ausnahmefälle, in denen auf Senats- und Volksbeschluſs Provinzen vertauscht werden. **35**, 20, 9 *sed his duobus primum senatus consulto, deinde plebei etiam scito permutatae provinciae.*

10. *rapiente fato*] *rapio* drückt das Gewaltsame, Unheilvolle aus; vom freundlich leitenden Schicksal sagt L. **1**, 1, 4 *ducentibus fatis.* **1**, 7, 15 *(immortalitas) ad quam sua fata ducebant.*

http://rcin.org.pl

Romanorum imperatorum, prosperis tum maxime bellicis rebus, caderet.

Permutatis provinciis Siculi in senatum introducti multa 30
de Hieronis regis fide perpetua erga populum Romanum verba
fecerunt in gratiam publicam avertentes. Hieronymum ac 2
postea Hippocraten atque Epicyden tyrannos cum ob alia tum
propter defectionem ab Romanis ad Hannibalem invisos fuisse
sibi. ob eam causam et Hieronymum a principibus iuventutis
prope publico consilio interfectum, et in Epicydis Hippocratis- 3
que caedem septuaginta nobilissimorum iuvenum coniurationem
factam; quos Marcelli mora destitutos, quia ad praedictum tem-
pus exercitum ad Syracusas non admovisset, indicio facto
omnes ab tyrannis interfectos. eam quoque Hippocratis et 4
Epicydis tyrannidem Marcellum excitasse Leontinis crudeliter
direptis. numquam deinde principes Syracusanorum desisse ad 5
Marcellum transire pollicerique se urbem, cum vellet, ei tra-
dituros; sed eum primo vi capere maluisse; dein, cum id neque 6
terra neque mari omnia expertus potuisset, auctores traditarum
Syracusarum fabrum aerarium Sosim et Moericum Hispanum
quam principes Syracusanorum habere, totiens id nequiquam
ultro offerentes, praeoptasse, quo scilicet iustiore de causa
vetustissimos socios populi Romani trucidaret ac diriperet. si 7
non Hieronymus ad Hannibalem defecisset, sed populus Syra-
cusanus et senatus, si portas Marcello Syracusani publice et

c. **30**, 1. *in gratiam publicam avertentes*] 'indem sie die Treue des Königs zu Gunsten der Gesamtheit auslegen wollten'. *averto* = von dem Ziele weg nach einer anderen Richtung lenken, ablenken: **24**, 5, 12 *avertit ab consciis in insontes iudicium.*

2. *cum ob alia — tum propter*] der Unterschied, daſs *ob* von Gründen innerer Art, aus der Stimmung und Gesinnung entnommen, *propter* von äuſserer Veranlassung stehe, wird von Liv. nicht selten auſser Acht gelassen. **2**, 17, 7 *magis ob iras, quam ob magnitudinem belli — triumpharunt.* c. 23, 1 *propter nexos ob aes alienum.* Vgl. § 2 *ob eam causam*, u. s. w.

*prope publico consilio*] rhetorische Übertreibung; doch fand ihre That wenigstens allgemeinen Beifall.

3. *mora destitutos*] nach **25**, 23, 7 werden sie durch einen Syrakusaner verraten, während Marc. die Stadt eingeschlossen hält.

4. *tyrranidem excitasse*] *excit.* = ins Leben rufen; besonders von unruhigen und gefährlichen Zuständen: *bellum* c. 26, 11 *tumultus.* **32**, 26, 4. **37**, 35, 9.

5. *desisse — transire*] im 25. Buche ist davon nichts erwähnt.

*faber*] bezeichnet Handwerker und Handarbeiter aller Art, c. 51, 7 u. 8 *fabri omnium generum.* **28**, 8, 13 werden *fabri navales* erwähnt.

*praeoptasse*] schon in ältester Zeit sowohl mit *ut* als dem Inf. verbunden; hat bei Liv. nur hier den Infinitiv (auch bei Caesar), sonst *alicui aliquid praeoptare.* **23**, 43, 11 *Punicam Romanae societatem;* und statt des Dativ: **28**, 21, 9 *mortem quam . . . . . . ut imperio subiceretur, praeoptantes.*

7. *populus Syracusanus et senatus*] die Wortstellung weicht von der im römischen Curialstil stereotypen S. P. Q. R. ab; Gedanke: 'wenn Syrakus als Freistaat so ge-

http://rcin.org.pl

non oppressis Syracusanis tyranni eorum Hippocrates et Epi-
cydes clausissent, si Carthaginiensium animis bellum cum po-
8 pulo Romano gessissent, quid ultra quam quod fecerit, nisi
9 ut deleret Syracusas, facere hostiliter Marcellum potuisse? certe
praeter moenia et tecta exhausta urbis et refracta ac spoliata
deum delubra, dis ipsis ornamentisque eorum ablatis, nihil re-
10 lictum Syracusis esse. bona quoque multis adempta, ita ut
ne nudo quidem solo, reliquiis direptae fortunae, alére sese
ac suos possent. orare se patres conscriptos, ut si nequeant
omnia, saltem quae compareant cognoscique possint, restitui
11 dominis iubeant. talia conquestos cum excedere ex templo, ut
de postulatis eorum patres consuli possent, Laevinus iussisset,
12 'maneant,' inquit Marcellus, 'ut coram iis respondeam, quando
ea condicione pro vobis, patres conscripti, bella gerimus, ut
victos armis accusatores habeamus, duae captae hoc anno
urbes, Capua Fulvium reum, Marcellum Syracusae habeant'.

handelt hätte.' Ein eigentlicher Freistaat war dasselbe aber während jener ganzen Zeit nicht gewesen.

*Carthaginiensium animis*] metaphorisch für den höchsten Grad von Feindschaft. c. 33, 9 *omnium Campanorum eundem erga nos animum quem Carthaginiensium fuisse.*

8. *ultra quam*] über das Geschehene hinaus; dagegen *praeterquam quod:* auſser dem Geschehenen, zu dem Geschehenen hinzu. **28**, 39, 2 *nihil ultra malorum est, quam quod passi sumus.*

9. *tecta exhausta*] mit Rücksicht auf die aus denselben geraubten Gegenstände; dieselbe Wendung wiederholt bei Plünderungen. **5**, 41, 10 *diripi tecta, exhaustis inici ignes.* **10**, 44, 2 *exhaustis deinde tectis ignem iniecit.*

*dis ipsis*] die Götterbilder werden nicht selten mit den Göttern identificiert und geradezu *dii* genannt. **3**, 17, 3 *deos ab hostibus captos.* **5**, 22, 3. **38**, 43, 6 *simulacra deûm, deos immo ipsos convulsos ex sedibus suis.*

10. *bona quoque ...... adempta et q. s.*] „es sei vielen der Besitz an Grund und Boden genommen, so daſs sie nicht einmal auf nacktem Boden, mit dem was die Plünderung ihnen übrig gelassen *(reliquiis dir. fort.)* ihr Leben fristen können". — *bona adimere, agros ad.* officielle Ausdrücke für „Einziehen d. G." **31**, 31, 15 *ceteris ita oppidum, ita agros ademimus. nudo solo* ist lokaler, *reliquiis* instrumentaler Ablativ.

*compareant*] gewöhnlich von solchen Dingen gesagt, die nachdem anderes, das mit ihnen im Zusammenhange stand, verloren gegangen ist, noch vorhanden sind. **25**, 40, 3 *quorum perexigua pars comparet.* **27**, 24, 8 *negantibus iis comparere.* c. 26, 14 *omnia comparuisse, quae adsolent.* **29**, 21, 6. **30**, 37, 11 u. oft.

*cognoscique*] eine bei Revindikation von Beute nicht seltene Bestimmung. **24**, 16, 5 *et pecus exceptum est, quod intra dies triginta domini cognovissent.*

11. *excedere ex templo*] damit die Senatoren in ihren Beratungen ungestört wären, muſsten Gesandte u. s. w. nach Vortrag ihres Anliegens regelmäſsig die Curie *(templum)* verlassen. c. 33, 4 *summotis deinde e templo.*

12. *quando*] für *quandoquidem*, welches in erster Dekade bisweilen, in den folgenden nur ausnahmsweise erscheint. c. 15, 14. *quando* dagegen ist häufig c. 50, 12. **22**, 8, 7. **24**, 3, 13. **25**, 16, 11 u. 32, 2. **28**, 15, 13 u. s. w. oft auch in 1. Dekade.

*duae captae*] die Gegensätze *accus. habeamus — reum — habeant*, und der Chiasmus *Capua Fulvium Mar-*

http://rcin.org.pl

reductis in curiam legatis tum consul 'non adeo maiestatis' 31
inquit 'populi Romani imperiique huius oblitus sum, patres
conscripti, ut, si de meo crimine ambigeretur, consul dicturus
causam accusantibus Graecis fuerim. sed non quid ego fe- 2
cerim in disquisitionem venit — nam quidquid in hostibus
feci ius belli defendit — sed quid isti pati debuerint. qui si
non fuerunt hostes, nihil interest, nunc an vivo Hierone Syra-
cusas violaverim. sin autem desciverunt a populo Romano, si 3
legatos nostros ferro atque armis petierunt, urbem ac moenia
clauserunt, exercituque Carthaginiensium adversus nos tutati
sunt, quis passos esse hostilia, cum fecerint, indignatur?
tradentes urbem principes Syracusanorum aversatus sum; Sosim 4
et Moericum Hispanum, quibus tantum crederem, potiores
habui. non estis extremi Syracusanorum, quippe qui aliis
humilitatem obiciatis: quis est vestrum qui se mihi portas 5
aperturum, qui armatos milites meos in urbem accepturum
promiserit? odistis et execramini eos qui fecerunt, et ne hic
quidem contumeliis in eos dicendis parcitis: tantum abest ut

*cellum Syracusae* verschärfen die Äuſserung voll bitterer Ironie.

c. **31**, **1**. *tum*] bei Beginn von Nachsätzen und nach dem ablat. absol. hebt *tum* das Eintreten einer neuen Handlung nachdrücklich hervor. **24**, 45, 8 *perpetrato bello tum consultandum.*

*ambigeretur*] *ambigo* eig.: 'zweifeln', dann 'Zweifel über eine Sache anregen, sie untersuchen', zuletzt 'streiten' **1**, 3, 2 *haud ambigam;* hier: 'wenn eine gegen mich erhobene Anschuldigung untersucht werden sollte'. **21**, 38, 6 *ambigi:* 'es werde darüber gestritten'. **23**, 46, 14 *verbis ambigere* 'mit Worten einen Streit führen.'

*accusantibus Gr.*] die darin liegende Verachtung der Griechen wird durch den Gegensatz *consul* noch gehoben. **24**, 24, 3 *nihil tale apud Graecos pudori est.*

2. *in disquisitionem venit*] nur bei Schriftstellern silberner Latinität; = es kommt in Frage; wird in Zweifel gezogen. **8**, 23, 14 *quia vitione creatus esset, in disquisitionem venit.*

3. *sin autem*] führt aus, daſs sie wirklich Feinde, daſs also ihre Behandlung nach Kriegsrecht eine verdiente war.

*legatos nostros*] eine vom *proconsul Appius* unmittelbar nach dem Abfall abgeordnete Gesandtschaft.

*ferro atque armis*] bezeichnet einen planmäſsigen und überlegten Angriff, zu dem sich der Angreifer vollständig gerüstet hat.

4. *tradentes—habui*] erster Hauptteil der Rede: Widerlegung der Anklagen, die gegen M.'s Verhalten während der Belagerung erhoben sind.

*aversatus sum*] *avers.* = sich mit Abscheu von etwas abwenden; bei Cicero absolut; bei Liv. erhält es durch Hinzutreten des Accus. der Person oder Sache, von der man sich abwendet, die Bedeutung: verschmähen. § 6 *me neminem aversatum esse.* **3**, 50, 5 *ne se ut parricidam — aversarentur.*

5. *contumeliis dicendis parcitis*] *parco* ist in der Bedeutung 'sich enthalten' bei Liv. nicht gewöhnlich, sondern *temperare* mit dem Dativ **10**, 12, 8 *urbibus oppugnandis temperatum (est)*, doch findet sich **25**, 25, 6 *parceretur a caedibus* für *temper. a caedibus.*

*tantum abest*] dem Sinne nach = *nedum.* Die Stellung der Sätze ist zur Hervorhebung des Nach-


http://rcin.org.pl

6 et ipsi tale quicquam facturi fueritis. ipsa humilitas eorum, patres conscripti, quam isti obiciunt, maximo argumento est me neminem, qui navatam operam rei publicae nostrae vellet,
7 aversatum esse. et antequam obsiderem Syracusas, nunc legatis mittendis nunc ad colloquium eundo temptavi pacem; et posteaquam neque legatos violandi verecundia erat, nec mihi ipsi congresso ad portas cum principibus responsum dabatur, multis terra marique exhaustis laboribus tandem vi atque
8 armis Syracusas cepi. quae captis acciderint, apud Hannibalem et Carthaginienses victos iustius quam apud victoris populi
9 senatum quererentur. ego, patres conscripti, Syracusas spoliatas si negaturus essem, numquam spoliis earum urbem Romam exornarem. quae autem singulis victor aut ademi aut dedi, cum belli iure tum ex cuiusque merito satis scio
10 me fecisse. ea vos rata habeatis, patres conscripti, necne,

satzes umgekehrt statt der gewöhnlichen: *tantum abest, ut facturi fueritis, — ut execremini.* Ähnlich steht *tantum abest* mit einmaligem *ut,* während das zweite aus dem Vorhergehenden zu ergänzen ist: **4**, 58, 2 *ab senatu impetratum — ne res ab iis repeterentur: tantum afuit, ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur.*

6. *maximum argumentum*] der stärkste schlagendste Beweis; **21**, 43, 3 *maiora vincula:* stärkere Fesseln. **29**, 23, 7 *parvum vinculum:* ein schwaches Band. **26**, 41, 9 *maximus vates:* der zuverlässigste Seher.

*navatam operam*] von *navus* (**3**, 41, 8) = emsig; Gegensatz: *ignavus;* oft bei Liv.: etwas mit Eifer betreiben, mit Eifer an den Tag legen, namentlich *operam navare* c. 47, 2 *si ad ministeria belli enixe operam navassent.*

7. *ad colloquium eundo*] analog *ire ad oppugnandum* c. 44, 6. **27**, 38, 6 *ad bellum,* **21**, 48, 3 *ad arma.*

*temptavi pacem*] 'machte ich Friedensversuche'. *temptare aliqd.* = einen Versuch auf etwas machen; teils in feindlicher Absicht: *urbem t.* **24**, 1, 1 teils in der Absicht für sich zu gewinnen. **23**, 14, 5 *animos partim spe, partim metu t.*

*postquam — erat — dabatur*] das Imperfektum bei *postquam,* weil die Handlung des Vordersatzes in ihren Wirkungen noch fortdauert, während die des Hauptsatzes schon eintritt.

*mihi ipsi*] eine persönliche Beteiligung des Marcellus an den Unterhandlungen ist sonst nicht bekannt.

8. *quae victis acciderint*] zweiter Hauptteil der Rede. Zurückweisung des Vorwurfes harter Behandlung der Besiegten.

9. *si negaturus essem, — nunquam exornarem*] wenn ich (künftig) läugnen wollte, so würde ich nicht (jetzt) ausschmücken. Die Voraussetzung gehört der Zukunft, die Folge der Gegenwart an.

*ex merito*] infolge des Verdienstes. Vgl. c. 4, 8 *ex re nova. ex* giebt nicht selten die Grundlage an, von welcher eine Handlung, oder ein Zustand ausgeht. c. 33, 3 *cognationibus ex connubio vetusto.* c. 34, 1 *ex hoc plebeiscito.* c. 40, 17 *ex variis causis.*

10. *rata habeatis*] 'anerkennen', c. 24, 12 *ratam fore pacem.* Aufser den vom Particip abgeleiteten Formen sind von *reor* bei Liv. nur noch *rentur* **25**, 12, 15. *reor* **9**, 19, 12. **10**, 24, 2. *rebar* **38**, 48, 3 und häufig *rebatur* **30**, 9, 9. **6**, 3, 5. **9**, 3, 8. **10**, 21, 10 und *rebantur* **23**, 13, 6. **24**, 18, 5. **25**, 15, 9. **29**, 1, 20 u. s. w. in Gebrauch.

http://rcin.org.pl

magis rei publicae interest quam mea. quippe mea fides exsoluta est: ad rem publicam pertinet, ne acta mea rescindendo alios in posterum segniores duces faciatis. et quoniam 11
coram et Siculorum et mea verba audistis, patres conscripti, simul templo excedemus, ut me absente liberius consuli senatus possit'. ita dimissi Siculi, et ipse in Capitolium ad dilectum discessit. consul alter de postulatis Siculorum ad 32
patres rettulit. ibi cum diu sententiis certatum esset, et magna pars senatus, principe eius sententiae T. Manlio Torquato, cum tyrannis bellum gerendum fuisse censerent, hostibus et 2
Syracusanorum et populi Romani, et urbem recipi non capi, et receptam legibus antiquis et libertate stabiliri, non fessam miseranda servitute bello adfligi: inter tyrannorum et ducis 3
Romani certamina praemium victoris in medio positam urbem

*quippe . . . est*] *quippe* steht bei Liv. in freier Weise ohne *qui* mit Hauptsätzen im Indikativ. c. 38, 4 *quippe — pertinebat.* **30**, 34, 12 *quippe — perventum erat;* ferner mit dem accus. c. inf., so wie bei Participien und zur Einführung von Parenthesen.

*fides exsoluta est*] Gegensatz *obligare fidem;* gebildet wie **22**, 22, 6 *vincula exsolvere.* Vgl. **24**, 16, 12 *fidem publicam exsolvere* u. c. 18, 5. M. meint die *fides* gegen den römischen Staat, deren Pflichten er als Beamter nachgekommen ist; 'der Senat solle sich hüten, durch Verläugnung dieses pflichtgemäſsen Handelns andere Beamte in Wahrnehmung ihrer Pflicht weniger energisch zu machen'.

*acta*] sind die von einem Beamten während der Dauer seiner Verwaltung erlassenen Verordnungen, von deren Aufhebung (durch den Senat) *rescindere* der technische Ausdruck ist. **4**, 7, 5 *iudicium populi rescindi ab senatu non posse.*

*in Capitolium*] wo die Aushebungen stattfanden.

c. **32**, 1. *cum diu sententiis certatum esset*] der Consul Laevinus resumirt die Anklage, Zeugenaussage und Verteidigungsrede *(de postulatis rettulit)* und hält die Umfrage. Das Aussprechen entgegengesetzter Ansichten führt zu einer Debatte *(altercatio)* wofür hier der Ausdruck *sententiis certare* gebraucht ist. **22**, 60, 3 *sententiis variare.*

*T. Manlio Torquato*] Wie **22**, 60, 4 ist Manlius auch hier, entsprechend dem traditionellen Charakterzuge seiner Familie (vgl. *Manliana imperia*) von altrömischer Strenge und ein Gegner des Marc. deshalb, weil sein Verfahren eigenmächtig und gegen das Staatsinteresse sei.

*censerent*] der Nachsatz erfolgt erst § 6 *mitius tamen decreverunt patres;* zur Form der Periode c. 12, 15. c. 24, 7.

2. *recipi — non capi*] — Die Konstruktion geht plötzlich in den inf. praesentis über, wozu *censere* in der Bedeutung: sie wollten, äuſserten sich dahin, aus dem Vorhergehenden zu wiederholen ist. Vgl. **27**, 5, 14 *ut non exspectanda comitia — censerent, sed dictatorem — dici.*

*legibus antiquis et libertate*] sind die Zustände vor Hiero.

*fessam*] vor *fessam* fügt das Deutsche 'ohnehin schon', vor *bello* 'auch noch völlig' ein.

*adfligi*] zu Boden gedrückt werden; Gegensatz *erigi.* c. 41, 21 *fortuna adfligit alq.*, namentlich häufig *adflictae res.* **25**, 37, 19 u. oft.

*praemium victoris*] vgl. c. 11, 2.

*in medio posita*] mit einem dem Gerichtswesen entlehnten Bilde; das Objekt eines Rechtsstreites liegt vor Gericht in Mitten der streitenden Parteien. **6**, 19, 7 *regni crimen in medio.* **40**, 11, 5 *si in medio ponitur, (crimen) non adgnosco.*

http://rcin.org.pl

pulcherrimam ac nobilissimam perisse, horreum atque aerarium quondam populi Romani, cuius munificentia ac donis multis tempestatibus, hoc denique ipso Punico bello adiuta ornataque
4 res publica esset. si ab inferis exsistat rex Hiero, fidissimus imperii Romani cultor, quo ore aut Syracusas aut Romam ei ostendi posse, cum, ubi semirutam ac spoliatam patriam respexerit, ingrediens Romam in vestibulo urbis, prope in porta,
5 spolia patriae suae visurus sit? — haec taliaque cum ad invidiam consulis miserationemque Siculorum dicerentur, mitius
6 tamen decreverunt patres: acta M. Marcelli, quae is gerens bellum victorque egisset, rata habenda esse; in reliquum curae senatui fore rem Syracusanam, mandaturosque consuli Laevino, ut, quod sine iactura rei publicae fieri posset, fortunis eius
7 civitatis consuleret. missis duobus senatoribus in Capitolium ad consulem, uti rediret in curiam, et introductis Siculis se-
8 natus consultum recitatum est; legatique benigne appellati ac dimissi ad genua se Marcelli consulis proiecerunt obsecrantes, ut, quae deplorandae ac levandae calamitatis causa dixissent, veniam eis daret, et in fidem clientelamque se urbemque Syra-

*horreum atque aerarium quondam*] Nach der Überlieferung kaufte Rom schon in der ältesten Zeit Getreide in Sicilien. **2**, 34, 7 *magna vis frumenti ex Sicilia advecta.* **4**, 25, 4 u. 52, 6. Hiero war seit Anfang des ersten punischen Krieges treuer Bundesgenosse, vgl. **22**, 37, 10, daher *munificentia ac donis.*

*urbem pulcherrimam*] Syracus ward als die schönste Stadt fast sprichwörtlich im Altertume genannt. Vgl. Ciceros Schilderung in Verr. IV, 52, 117 *urbem Syracusas maximam esse Graecorum, pulcherrimam omnium saepe audistis.*

*hoc denique ipso*] 'zu guterletzt noch im gegenwärtigen Kr.'; *denique* rein zeitlich, wie in *tum denique* = *tum demum.*

*quo ore*] 'mit welcher Stirn'; *os* bezeichnet in der Sprache des täglichen Lebens den Sitz der Schamlosigkeit. **40**, 27, 11 *quo ore quisquam vestrum — occurret.*

*in vestibulo urbis*] der Redende denkt sich den auferstandenen Hiero von dem besichtigten Syrakus auf dem Wege nach Rom; so daſs er, der via Appia folgend, an der porta Capena ankommt, wo zwei Tempel, die Marcellus geweiht und mit Statuen aus Syrakus geschmückt hatte, standen. **25**, 40, 3 *visebantur enim ab externis ad portam Capenam dedicata a M. Marcello templa propter excellentia eius generis ornamenta.* — *in vestibulo* = beim Eingange vgl. **25**, 17, 4 *in vestibulo castrorum.*

6. *mitius tamen decreverunt*] 'sie faſsten einen gemäſsigteren Beschluſs', in gutem Sinne, wie *lenior sententia*, *mediam consilii viam inire;* in schlimmem Sinne sagt Liv.: *mollius consulere* und *segnius consilium.*

*acta quae is — egisset*] die Anwendung des dem regierenden Substantiv stammverwandten Verbums im Relativsatze ist eine dem Curialstile entlehnte Eigentümlichkeit. Aus derselben Quelle stammen Wiederholungen wie c. 39, 1 *praesidium, praefectusque praesidii;* **24**, 37, 2. **29**, 17, 5. **43**, 11, 3 *comitia consulibus rogandis ita ediceret, uti mense Ianuario comitia essent* u. a.

8. *fidem clientelamque*] die einzelnen Provinzen pflegten in der Clientel derjenigen vornehmen Familien zu stehen, denen ihre Besieger angehört hatten. Noch zur

http://rcin.org.pl

cusas acciperet. pollicens hoc consul clementer appellatos
eos dimisit.
Campanis deinde senatus datus est, quorum oratio misera- 33
bilior, causa durior erat. neque enim meritas poenas negare 2
poterant nec tyranni erant, in quos culpam conferrent; sed
satis pensum poenarum tot veneno absumptis, tot securi per-
cussis senatoribus credebant. paucos nobilium superesse, quos 3
nec sua conscientia, ut quicquam de se gravius consulerent
impulerit, nec victoris ira capitis damnaverit; eos libertatem
sibi suisque et bonorum aliquam partem orare, cives Romanos
adfinitatibus plerosque et propinquis etiam cognationibus ex
conubio vetusto iunctos. summotis deinde e templo paulisper 4
dubitatum, an arcessendus a Capua Q. Fulvius esset — mortuus
enim post captam Claudius consul erat —, ut coram impera-
tore, qui res gessisset, sicut inter Marcellum Siculosque di-
sceptatum fuerat, disceptaretur. dein cum M. Atilium C. Ful- 5
vium fratrem Flacci, legatos eius, ac Q. Minucium et L. Vetu-
rium Philonem, item Claudii legatos, qui omnibus gerendis
rebus adfuerant, in senatu viderent, nec Fulvium avocari a
Capua nec differri Campanos vellent, interrogatus sententiam
M. Atilius Regulus, cuius ex iis, qui ad Capuam fuerant, 6

Zeit des Cicero sind Statuen der Marceller in den Städten Siciliens gewöhnlich; in Verr. IV, 40, 86 *sunt medio in foro Marcellorum statuae, sicut fere ceteris in oppidis Siciliae.*

c. **33—34.** Ordnung der campanischen Angelegenheiten.

2. *tot veneno*] im Ganzen nach c. 15 waren über 100 teils freiwillig, teils auf Anordnung des Fulvius getötet.

*absumptis*] regelmäſsig von gewaltsamen Todesarten. *bello* **31**, 7, 10. *incendio* **35**, 27, 7. *proelio*, *fumo ac vapore*, *frigore absumi.*

3. *de se gravius consulerent*] euphemistisch für *mortem sibi consciscere*, *manus sibi afferre.* Auch bei Cäsar de bello civ. 1, 22 *suae vitae durius consulere.* Cicero fam. 16 *gravius de salute tua consulas.*

*cives Romanos*] die Apposition enthält zugleich eine Begründung, was namentlich bei Liv. nicht selten ist, z. B. **25**, 34, 7 *dux cautus et providus Scipio.*

*adfinitatibus*] durch verwandtschaftliche Beziehungen; *cognationibus* durch gemeinsame Abstammung. Nach **23**, 4, 7 war schon seit alter Zeit ein verwandtschaftliches Verhältnis zwischen vielen Vornehmen Roms und Capuas entstanden. **31**, 31, 11 heiſst Capua: *foedere primum, deinde conubio atque cognationibus, postremo civitate (coniuncta).*

4. *disceptatum f.*] technischer Ausdruck für richterliche Entscheidung und gerichtliche Verhandlung; hier: 'verhandeln', **37**, 55, 4 *disceptare res Asiae* = gerichtlich ordnen.

5. *nec — nec*] das erste *nec* dient zugleich zur Fortführung des Gedankens 'und auch weder — noch'; dafür sonst *et nec — nec.* **29**, 24, 10 *cum Lilybaeum convenisset, et nec urbs — nec portus caperet (multitudinem).*

*differri Campanos*] vgl. c. 51, 10 *partim distulit Tarraconem.* 'Jemand hinhalten, auf ein anderes Mal vertrösten'. **25**, 25, 4.

6. *M. Atilius Regulus*] die vorgeschriebene Umfrage des Senates

http://rcin.org.pl

7 maxima auctoritas erat, 'in consilio' inquit 'arbitror me fuisse
consulibus Capua capta, cum quaereretur, ecqui Campanorum
8 bene meritus de re publica nostra esset. duas mulieres com-
pertum est, Vestiam Oppiam Atellanam Capuae habitantem et
Fauculam Cluviam, quae quondam quaestum corpore fecisset,
illam quotidie sacrificasse pro salute et victoria populi Ro-
mani, hanc captivis egentibus alimenta clam suppeditasse;
9 ceterorum omnium Campanorum eundem erga nos animum
quem Carthaginiensium fuisse; securique percussos a Q. Fulvio
esse magis quorum dignitas inter alios quam quorum culpa
10 eminebat. per senatum agi de Campanis, qui cives Romani
sunt, iniussu populi non video posse, idque et apud maiores
nostros in Satricanis factum esse, cum defecissent, ut M. An-
tistius tribunus plebis prius rogationem ferret, scisceretque
plebs, uti senatui de Satricanis sententiae dicendae ius esset.

beginnt hier nicht, wie sonst, mit dem *princeps senatus*, sondern mit demjenigen Senator, der eine besondere Sachkenntnis zu besitzen scheint. Daher *maxima auctoritas*.

7. *arbitror*] 'ich lege Zeugnis ab'; Ausdruck der Gerichtssprache, auch von den Dingen, die der Zeuge unzweifelhaft wissen mufs. **3**, 13, 3 *mortuumque inde arbitrari.*

*in consilio fuisse*] er war Mitglied des Kriegsrates gewesen; wobei die Person desjenigen, mit dem und unter dessen Vorsitz man berät, im Dativ steht; vgl. *alicui in auspicio esse.* Anders **27**, 46, 6 *is tum in consilio aderat* und **35**, 18, 1 *non adhibitus est in consilium.*

8. *illam — hanc*] auf den Gesamtbegriff *mulieres,* der nachdrücklich und asyndetisch vorantritt, folgen die einzelnen Teile desselben mit ihren besonderen Prädikaten, eine Wendung, die namentlich mit *pars — pars* häufig ist. Vgl. c. 18, 1. **27**, 1, 8 *ut (equites) circumvecti pars castra ..... pars ... terga invaderent.*

9. *ceterorum omnium*] Liv. sagt regelmäfsig: *ceteri omnes, reliqui omnes*; mit Ausnahme von **22**, 52, 5 *omnis cetera praeda.* Vgl. c. 36, 8. c. 42, 1. **22**, 11, 2 u. s. w. Deutsch umgekehrt (auch Cicero: *omnes reliqui*). Liv. sagt ferner häufig *alii omnes;* vgl. **24**, 1, 6 *aliam omnem multitudinem;* doch auch **4**, 13, 13 *omnibus aliis.*

*inter alios*] die Verba des Auszeichnens und Übertreffens *excellere, eminere* u. a. werden bei Liv. am häufigsten mit *inter alios, inter ceteros, inter omnes, inter primos, ante omnes, ante alios, super ceteros* verbunden; *praeter cetera* **4**, 10, 4 hat die Bedeutung: abgesehen von.

10. *iniussu populi*] sowie das Bürgerrecht durch ein Plebiscit verliehen wird, kann es auch nur durch ein solches wieder vernichtet werden.

*non video posse*] 'ich sehe die Möglichkeit nicht ein; ich glaube nicht, dafs es möglich ist'. **35**, 27, 16 *sine levis armaturae praesidio signa ferri non videbat posse.*

*apud maiores nostros — factum*] zur Zeit unserer Vorfahren; eine bei Liv. ungewöhnliche Ausdrucksweise. Vgl. **7**, 41, 2 *apud patres.* **4**, 4, 3 *apud patres esse coepit* (auch bei Cicero).

*in Satricanis*] diese, obwohl römische Bürger, waren zu den Samniten abgefallen. Von einem Volksbeschlufs über sie berichtet Liv. nichts; vielmehr **9**, 16, 10, dafs sie von Papirius Cursor ohne Senats- und Volksbeschlufs hingerichtet wurden. — Zu *factum* ist aus dem Vorhergehenden *video* zu wiederholen.

*uti*] zur Abwechselung nach dem vorhergehenden *ut.* **31**, 50, 8 *senatus decrevit, ut — uti.* **34**, 56, 13 *adiecerunt, ut — uti* u. oft.

http://rcin.org.pl

itaque censeo cum tribunis plebis agendum esse, ut eorum 11
unus pluresve rogationem ferant ad plebem, qua nobis statuendi
de Campanis ius fiat'. L. Atilius tribunus plebis ex auctori- 12
tate senatus plebem in haec verba rogavit: 'omnes Campani
Atellani Calatini Sabatini, qui se dediderunt in arbitrium di-
cionemque populi Romani Q. Fulvio proconsuli, quosque una 13
secum dedidere, quaeque una secum dedidere, agrum urbem-
que, divina humanaque, utensiliaque, sive quid aliud dedi-
derunt, de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo, Quirites.'
plebes sic iussit 'quod senatus iuratus, maxima pars, censeat, 14
qui adsint, id volumus iubemusque'. ex hoc plebei scito se- 34
natus consultus Oppiae Cluviaeque primum bona ac libertatem
restituit: si qua alia praemia petere ab senatu vellent, venire
eas Romam. Campanis in familias singulas decreta facta, quae 2
non operae pretium est omnia enumerare. aliorum bona publi- 3

*Campani* = Einwohner von Capua; *Atellanii:* von Atella; *Calatini:* von Calatium; *Sabatini:* Anwohner des campanischen Flusses Sabatus.

*in arbitrium dicionemque*] bezeichnet bedingungslose Übergabe; wie *ius dicionemque, ius imperiumque, ius atque arbitrium* verbunden.

*qui se dediderunt — quosque una secum*] es werden zuerst die Personen der *dedititii* in ihrem weitesten Umfange aufgeführt; dann das Eigentum, welches in Staatseigentum *(agrum urbemque)* geweihtes und ungeweihtes Gut *(divina humanaque)* und Privatbesitz *(ustensilia)* zerfällt. Jedes Glied wird mit *que* eingeführt und zuletzt, falls etwas übergangen sein sollte, alles mit *sive quid aliud* zusammengefaſst.

13. *quosque — quaeque*] zwei und mehr Relativa durch *que* zu verbinden, ein Gebrauch der der guten Prosa fremd ist, während die Dichter ihn lieben, ist bei Liv. häufig; namentlich in Wendungen, die dem Curialstil entlehnt sind, der sich in einer Häufung dieser Partikel gefiel. c. 51, 8 *quaeque in officinis, quaeque in armamentario.* **22**, 26, 5. **25**, 22, 12 u. a.

*senatus iuratus*] die Vereidigung des Senates, die auch sonst vor wichtigen Beschlüssen vorkommt, erfolgt hier wohl, weil das Volk einigen Hinneigung zu Capua zutraut. **30**, 40, 12 *patres igitur iurati — ita enim convenerat.*

*maxima pars, qui adsint*] die Majorität der gerade anwesenden Senatoren, ohne Berücksichtigung der Gesamtziffer und der etwa geringen Vollzähligkeit der Versammlung, so daſs der entstandene Beschluſs nicht angefochten werden kann, weil er *per infrequentiam* (bei nicht beschluſsfähigem Senate) erfolgt sei. Vgl. **1**, 32, 12 *quando pars maior eorum, qui aderant e. q. s. maxima pars:* auffallend statt des gewöhnlichen *maior p.*

*censeat — volumus iubemusque*] wie *censere* das eigentliche Verbum von den Abstimmungen der Senatoren (vgl. § 11 *itaque censeo*), so ist *volumus iubemus* formelhaft vom Volke.

c. **34**, 1. *venire eas Romam*] der im vorhergehenden noch nicht ausgedrückte Begriff des Beschlieſsens veranlaſst den accus. c. infin.

2—5 enthält das Urteil über den Adel, welches familienweise und in 3 Klassen erfolgt, — um so die schwerer von den weniger gravierten zu scheiden und etwa auch verwandtschaftliche Beziehungen berücksichtigen zu können.

3. *bona publicanda*] die erste, am strengsten bestrafte Klasse,

http://rcin.org.pl

canda, ipsos liberosque eorum et coniuges vendendas extra filias,
quae enupsissent, priusquam in populi Romani potestatem
4 venirent; alios in vincula condendos, ac de iis posterius con-
sulendum; aliorum Campanorum summam etiam census distin-
5 xerunt, publicanda necne bona essent: pecua captiva praeter
equos et mancipia praeter puberes virilis sexus et omnia, quae
6 solo non continerentur, restituenda censuerunt dominis. Cam-
panos omnes, Atellanos Calatinos Sabatinos, extraquam qui
7 eorum aut ipsi aut parentes eorum apud hostes essent, liberos
esse iusserunt ita, ut nemo eorum civis Romanus aut Latini
nominis esset, neve quis eorum, qui Capuae fuisset, dum
portae clausae essent, in urbe agrove Campano intra certam
diem maneret: locus ubi habitarent trans Tiberim, qui non
8 contingeret Tiberim, daretur. qui nec Capuae, nec in urbe
Campana, quae a populo Romano defecisset, per bellum fuis-

trifft Vermögens- und Freiheitsverlust.

*extra filias*] eine billige, vom natürlichen Gefühl eingegebene Ausnahme, da unter ihnen viele nach Rom verheiratet waren.

*enupsissent*] *enubo* aus der einen *gens* hinaus in eine andere hinein heiraten. **10**, 23, 4 *enubere e patribus*. **39**, 19, 5 *gentis enuptio;* das Gegenteil ist **1**, 34, 4 *innubo*.

4. *alios in vincula condendos*] die zweite, wohl weniger gravierte Klasse, über welche das Urteil suspendiert wird, womit ihnen zugleich die Hoffnung blieb, später, bei friedlicherer Stimmung des Volkes, gelinder bestraft zu werden.

*aliorum C. summam etiam census dist.*] 'sie (die Senatoren) machten eine Unterscheidung in betreff der Gesamtsumme des Vermögens anderer C.', bezeichnet eine dritte Klasse, welche ohne Verlust der Freiheit, nur mit teilweisem Verlust des Vermögens bestraft wurde, also am gelindesten; wie dies geschehen sei, wird § 5 mit *pecua captiva* u. s. w. ausgeführt. Es wird ihnen alles genommen, was sie bei feindseligen Bestrebungen gegen Rom unterstützen konnte: 1) Pferde, 2) erwachsene männl. Sklaven, 3) Grund und Boden, das Andere erhalten sie wieder und bleiben frei, daher § 5 *domini*.

6—11. Urteil über das niedere campanische Volk. Dasselbe bleibt frei, verliert aber das römische und das lateinische Bürgerrecht und muſs auswandern, um an bestimmten Stellen angesiedelt zu werden.

7. *civis Romanus aut Latini nominis*] Keiner von ihnen sollte, wie bisher, römischer Bürger ohne *suffragium* bleiben, noch Mitglied des lateinischen Bundes sein dürfen. Sie wurden also *peregrini*.

*qui non contingeret Tiberim*] im Innern des Landes, in Etrurien, von dem Tiber und somit von der Verbindung mit Rom abgeschnitten.

8. *qui nec Capuae nec in urbe Campana*] Nachdem § 6—7 das Gros der Bevölkerung als in gleicher Schuld stehend zu einer ersten Klasse Schuldiger zusammengefaſst ist, folgt § 8 eine zweite Klasse, der eine Schuld wenigstens nicht direkt nachzuweisen ist; doch erscheinen auch sie als Verwandte und Stammesangehörige der ersten Klasse verdächtig. Die Strafe ist daher eine gelindere, wie sich in der günstigeren Lage ihres Ansiedelungsplatzes zeigt, auch erfahren sie keine Beschränkungen betreffs des Eigentums- und Erwerbsrechtes.

http://rcin.org.pl

sent, eos cis Lirim amnem Romam versus; qui ad Romanos 9
transissent priusquam Capuam Hannibal veniret, cis Vulturnum
emovendos censuerunt, ne quis eorum propius mare quindecim
milibus passuum agrum aedificiumve haberet. qui eorum trans 10
Tiberim emoti essent, ne ipsi posterive eorum uspiam pararent
haberentve agros nisi in Veiente, Sutrino Nepesinove agro,
dum ne cui maior quam quinquaginta iugerum agri modus
esset. senatorum omnium quique magistratus Capuae Atellae 11
Calatiae gessissent bona venire Capuae iusserunt; libera cor-
pora, quae venum dari placuerat, Romam mitti ac Romae
venire. signa, statuas aeneas, quae capta de hostibus dice- 12
rentur, quae eorum sacra ac profana essent, ad pontificum
collegium reiecerunt. ob haec decreta maestiores aliquanto, 13
quam Romam venerant, Campanos dimiserunt. nec iam Q. Fulvii
saevitiam in sese, sed iniquitatem deum atque execrabilem for-
tunam suam incusabant.

9. *qui ad Romanos transissent*] die dritte Klasse, welche sich aber ausdrücklich für Rom erklärt hatte, also jedenfalls unschuldig war. Dadurch, daſs sie im nördlichen Campanien bleiben dürfen, wird die sie betreffende Anordnung noch milder als die gegen die zweite Klasse.

*emovendos*] nämlich von ihren bisherigen Wohnsitzen. **38**, 12, 4 *emotus ultra iuga Tauri montis.*

*propius more quindecim milibus*] Zum Abl. vgl. c. 1, 10 *decem milibus passuum.*

10. *trans Tiberim*] die Darstellung kehrt zur Angabe des weiteren Verfahrens gegen die erste Klasse des campanischen niederen Volkes zurück. Dieselbe erhält ein beschränktes *commercium;* da bei den anderen Klassen ein ähnlicher Zusatz nicht gemacht wird, folgt, daſs sie in dieser Hinsicht unbeschränkt sind.

*pararent*] *par.* kaufen oder anschaffen, meist absolut und ohne Dativ der Person, für welche man kauft c. 35, 2 *ex qua pararentur.* § 10 *paraturos navales socios.*

11. *quinquaginta iugerum*] das niedrigste Maſs für einen röm. Bürger, noch unter dem der vierten Klasse.

*senatorum omnium quique magistratus*] von allen Einzelbestimmungen werden Senatoren und Beamte insofern ausgenommen, als ihr Grundbesitz unter allen Umständen verkauft wird und zwar an Ort und Stelle.

*libera corpora*] umfaſst die gesamte erste Klasse § 3 des campanischen Adels, daher: *quae venum dari placuerat — libera corpora* = freigeborene Personen, *corpus* bezeichnet oft das Individuum als solches. **25**, 25, 7 *ne quis liberum corpus violaret.* **5**, 22, 1 u. s. w.

12. *capta de hostibus*] *capere* = einem etwas abnehmen, bei Liv. meistens mit *de* (wie auch Cicero), selten mit *ab* und *ex* verbunden.

*quae eorum*] der Genitiv hängt bei Liv. nicht selten von einer anderen Form des Relativums als von dem Neutrum Singul. ab. § 7 u. 10 *qui eorum.* **24**, 19, 11 *qui Hannibalis militum erant.*

*iniquitatem deum*] die Vorstellung, daſs ein beispiellos hartes Strafgericht an einer stammverwandten Bevölkerung ein Ausdruck göttlichen Zornes sei, der sich des Armes der Römer bedient habe, ist nicht frei von Heuchelei. Vgl. c. 16, 11.

http://rcin.org.pl

35 Dimissis Siculis Campanisque dilectus habitus. scripto deinde exercitu de remigum supplemento agi coeptum; in
2 quam rem cum neque hominum satis, nec ex qua pararentur stipendiumque acciperent, pecuniae quicquam ea tempestate
3 in publico esset, edixerunt consules, ut privati ex censu ordinibusque sicut antea remiges darent cum stipendio cibariisque
4 dierum triginta. ad id edictum tantus fremitus hominum, tanta indignatio fuit, ut magis dux quam materia seditioni deesset. secundum Siculos Campanosque plebem Romanam perdendam
5 lacerandamque sibi consules sumpsisse. per tot annos tributo exhaustos nihil reliqui praeter terram nudam ac vastam habere. tecta hostes incendisse, servos agri cultores rem publicam abduxisse, nunc ad militiam parvo aere emendo, nunc remiges
6 imperando. si quid cui argenti aerisve fuerit, stipendio remigum et tributis annuis ablatum. se, ut dent, quod non habeant, nulla vi, nullo imperio cogi posse. bona sua ven-

c. **35—36.** Auſserordentliche Beiträge zur Bemannung der Flotte.

*in publico*] erg. *aerario*, im Staatsschatze.

3. *ex censu ordinibusque*] nach den Steuer- und Vermögenstufen, *ordines* sind hier Abteilungen der Bürger nach Leistungen und Rechten, wie auch sonst bei Angaben, die sich auf den Census beziehen. Vgl. **1**, 42, 4. **39**, 44, 1 *in censibus* ...... *aspera in omnes ordines censura fuit.*

*sicut antea*] vgl. **24**, 11, 7.

*remiges*] eine je nach Vermögenslage verschiedene Zahl Ruderer mit Sold und Verpflegung auf einen Monat, also eine sehr bedeutende Leistung. — *cibaria* wohl hauptsächlich *cocta:* Schiffszwieback. Vgl. c. 7, 10.

4. *fuit*] 'es entstand'. *fuit*, verwandt dem griech. φύω bezeichnet noch bei Liv. in altertümlicher Weise nicht selten das Entstehen und Werden eines Dinges. **34**, 50, 2 *paullisper fremitus adprobantium dicta fuit.*

